
EX
LIB
RIS
PAUL R. MAGOCSI

A MUNKÁCSI ÁLL. FŐGYMNASIUM
TANÁRI-KÖNYVTÁRA
1902 ÉVI BESZERZÉS.
104

13 sl.
057
S-46

SCHEMATISMUS

VENERABILIS

CLERI

cl. 2970/709

GRAECI RITUS CATHOLICORUM

DIOECESIS MUNKACSIENSIS

AD ANNUM DOMINI

A MUNKÁCSI ÁLL. FŐGYMNASIUM
TANÁRI-KÖNYVTÁRA
1902 ÉVI BESZERZÉS.
106.

1878.

UNGVARINI,

TYPIS HAEREDUM CAROLI JÄGER.

1878.

PATRONA DIOECESEOS

SS. DEIPARA

BEATA VIRGO MARIA.

A MUNKÁCSI ÁLL. FŐGYMNASIUM
1902
ÉVI B. SZERZÉS.
TANÁRI-KÖNYVTÁRA

ORDINARIUS

ILLUSTRISSIMUS, AC REVERENDISSIMUS

DOMINUS

JOANNES PÁSZTELYI

DIVINA PROVIDENTIA EPISCOPUS MUNKACSIENSIS GRAECI RITUS CATHOLICORUM, ABBAS S.S. APOSTOLORUM PETRI ET PAULI DE TAPOLCZA.

DIE 25-a NOVEMBRIS 1874 IN EPISCOPUM BENIGNE NOMINATUS, DIE 15-a MARTII 1875 CONFIRMATUS, DIE DEIN 18-a APRILIS EJUSDEM ANNI, IN DOMINICAM PALMARUM INCIDENTE EPERJESINI PER EJATEM EPISCOPUM EXCELL. D. JOSEPHUM GAGANECZ CONSECRATUS, DIE DENIQUE 9-a MAJI E. A. SOLENNITER INSTALLATUS.

IN SERIE EPISCOPORUM 28.

Digitized by the Internet Archive
in 2016

https://archive.org/details/schematismusvene1878cath

BREVIS HISTORICA NOTITIA

DIOECESIS MUNKACSIENSIS.

Dioecesim Munkacsiensem antiquissimam in Pannonia esse, eamque adventu jam Hungarorum exstitisse, nemo in historiis versatus inficias ibit.

Et primum quidem haud obscure videntur innuere id. litterae Pilgrini Archi-Eppi Laureacensis (Pagius in critice Baronii ad annum 979. n 7.) qui S. Stephani Regis Hung. coaevus erat, quive in litteris his memorat: antiquitus jam (adeoque longe ante novorum decem a praefato Sancto Rege effectuatam Eppatuum in Hungaria erectionem) dispositos fuisse in Pannoniam Episcopos; ex his enim Archi-Eppi verbis, etsi non indubie, summa tamen cum probabilitate conjicere fas est: ad partes Pannoniae, in quas Eppi illi dispositi erant, eas quoque olim oras pertinuisse, e quibus postmodum Dioecesis Munkacsiensis coaluit.

Plus tamen in rem hanc momenti habent ea: quae in proprio Sanctorum, Ecclesiarum Pragensis in Bohemia et Gnesensis in Polonia, Nocturno II. lectione III. habentur, dicitur enim ibidem; „Archi Eppus Velogradi Cyrillus ordinatur, cui adduntur in Pannonia septem alii suffraganei Eppi“ . . . quibus simul indicatur, omnes illos Eppos, Catholicos quidem, graeco tamen ritui addictos fuisse, cum et Metropolita eorum Cyrillus — ut constat, — ritus graeco-catholici assecla fuerit; atque hinc vix dubie una colligitur: in numerum Pannoniacarum illarum Dioecesium, quibus praememorati septem suffraganei Eppi praefuerunt, Munkacsiensem quoque Dioecesim. — sive hoc, sive alio ea tum nomine venerit — referendam esse.

Non exiguum demum accedit opinioni huic robur ex Diplomate quoque gloriosae memoriae Imperatoris et Regis Hung. Apostolici, Leopoldi I. in favorem Eppi Munkacsiensis Petri condam Parthenii, die 14. Januarii anni 1660 edito, in quo, caetera inter, asseveratur: exstare in Comitatu Beregh. nominatim vero in bonis oppido Munkács proxime adjacentibus, Monasterium Ordinis S. Basilii M. a piis Principibus, et Regibus Hungariae **ante aliquot centenos annos fundatum,** ita ut ibi Eppus graeci ritus, ex Ordine Basilianorum catholicae Romanae Ecclesiae unitorum resideret. . . . .

Quum tamen in defectu fidedignorum documentorum, quae injuria temporum, cumprimis vero occasione irruptionis Tartarorum, turbisque intestinorum bellorum perierant, neque de prima Eppatus Munkacsiensis origine, neque vero de successione primorum ejus Antistitum quidquam eliquati constet, historia Dioecesis hujus proprie cum Joanne Episcopo incipit, qui adtestantibus id Uladislai II. Regis Hung. Decretis de a. 1491. et 1498. hoc eodem sub Rege Dioecesi Munkacsiensi praefuit.

Quaenam exinde in defluxu saeculorum fata Dioecesis hujus fuerint, id passim ac paucis in subjacente Epporum Munkacsiensium Elencho memoratur. Sufficiat hic loci in antecessum praemonere: penitiorem Dioecesis organisationem, una vero et dotationem Eppatus, piae et gloriosissimae memoriae Imperatrici et Reginae Apostolicae **Mariae Theresiae** — cujus beata ac aeterna sit requies — in gratiis referendam esse, interventu enim et praepotenti Ejus ope, Dioecesis haec apostolico S.S. Pontificis **Clementis** XIV. canonisationis Decreto anno 1771. restabilita, et quodammodo recrecta est, cum antea per plura retro decennia ab apostolicis solum Vicariis, ordinaria Eppali potestate destitutis, regeretur.

Juvabit praeterea animadvertere adhuc isthic: quod Dioecesis Munkacsiensis, — quae tenore Encycl. litt. Georgii condam Lippay Archi Episcopi Strigoniensis, una Primatis Regni Hungariae, Tyrnaviae dto. 4-ae Januarii 1660. emanatarum, per integrum olim Hungariae Reg-

num, partesque ei adnexas, extendebatur — ad annum usque 1820. ex Parochiis 742 constiterit, nunc attacto interim anno avulsis ab ea 194 Parochiis, e quibus nova Dioecesis Eperjesiensis coaluit, item anno 1821. romanici labii Transsamusianis 72. Parochiis gr. catholicae Dioecesi Magno-Varadiensi resignatis, ac tandem die 7-a Septembris 1856. e Marmorosiensi, Ugocsaensi, et Szathmariensi Comitatibus, neoerectae Dioecesi Szamosujvariensi, perinde romanici labii Parochiis 94 incorporatis, remanserunt pro Dioecesi Munkacsiensi 376. Parochiae, et 1069 Filiales, cum 417,399 Fidelibus, — eo suapte intellecto: quod omnes illi graeco ritui addicti catholici Fideles, qui in Hungaria quidem, non tamen intra fines Parochiarum, iteratis dismembrationibus Dioecesi huic ademtarum, domiciliantur, de jure, actu quoque, ad Munkacsiensem, utpote Dioecesim-Matrem pertineant, cum Fideles hi resignationi Parochiarum, per Eppos Munkacsienses identidem factae, inclusi haud fuerint. Complectitur vero in se de praesenti Dioecesis Munkacsiensis septem Archidiaconatus, qui per Comitatus Beregh, Hajdu, Máramaros, Szabolcs, Szathmár, Ugocsa, Ungh et Zemplén extenduntur.

ECCLESIA CATHEDRALIS.

Quoadusque Episcopi Munkacsienses, e Religiosis Ordinis S. Basilii Magni eligebantur, aut saltem post sui denominationem, elicita religiosa professione, Ordinem intrarunt, inque monasterio Munkacsiensi de monte Csernek residebant, Ecclesia monasterialis, divo Nicolao Episcopo sacra, erat una et Ecclesia cathedralis; quae primum lignea erat, a Principe Theodoro Koriatovics, (circa medium sacculi XIV) erecta, in cujus locum dein, sumptibus

Constantini Multyánszky Vojvodae Moldaviae (anno 1660—1661.), curis vero Eppi Joannis Zékány nova e lapidibus quadris constructa exsurrexit, quam demum Ecclesia moderna excepit, cujus aedificatio 1798. 6-a Maji inchoata, anno vero 1804. consummata est. Posquam tamen Episcopus Michael Manuel Olsavszky Sedem suam circa annum 1761. in oppidum Munkács transtulisset, Ecclesia parochialis ejas, Obdormitioni SS. Deiparae, Beatissimae Virginis Mariae dedicata, evasit una et cathedralis, cum ibi sit et Cathedra ubi Episcopus. Demum ab anno quo Excelltimus Andreas Bacsinszky Episcopus Sedem suam stabiliter Ungvarinum translocavit, Ecclesia cathedralis ea est, quam Eppatus Munkacsiensis actu possidet, quaeve a PP. S. Ord. Jesuitarum anno 1732—1740 erecta, 1775 mediante donatione Regia Eppatui Munkácsiensi resignata, anno 1779. instaurata, anno vero demum 1780. honoribus S. Crucis (cui antea quoque sacra erat) dedicata et solenniter consecrata est, perhibente id inscriptione supra principalem Ecclesiae portam lapidi insculpta, in qua haec sunt:

Josephi II. Romanorum Imperatoris augusto favore.
Mariae Theresiae Reginae Apostolicae munifico aere.
Andreae I. Munkacsiensium Praesulis pontificali prece.
Sacra haec S. Crucis Aedes pro graeci ritus Catholicis.

Annis MDCCLXXV. donata.
MDCCLXXIX. ornata.
MDCCLXXX. die XV. Octobris
consecrata est.

A supradesignato 1779. anno, quo Ecclesia cathedralis novo catholicorum ritus graeci usui convenienter restaurata et adcomodata est, ad

annum usque 1858. nihil in interioribus ejus innovatum, hoc tamen anno unitis, Eppi Exllent. Basilii Popovics et Ven. E. C. Capituli curis, largoque Fundi ejusdem Ecclesiae aere, Iconostasis, quae Sanctuarium a navi Ecclesiae dividit, perita artificis manu renovata et universa simul Ecclesia expicta, marmoreque perstrata, postmodum vero (1874) decoris quoque sat scamnis instructa est; tandem decursu annorum 1876. et 1877. externa quoque pervetusta ac squalida jam prope ejusdem fabrica, ex Fundo Religionis gratiosissime resoluto, amploque praeter spem, viginti utpote et quinque millium florenorum a. v. subsidio, — (Nro 7250. 1876. April 4.), — cui tamen summae, partim e tenui Ecclesiae peculio, partim ex alieno, ad rationes ejusdem cath. Ecclesiae contracto aere, plus longe ac alterum tantum, superaddi debuit, — toto circum ambitu suo, instaurata est. Nam et magnifica in fronte Ecclesiae propylaea et novae veterum loco, eaeque venustissimae turres, et ab ipsis quidem fere earumdem radicibus, in altum sublatae cuproque obductae sunt; tectum quoque porro novum, laminisque munitum ferreis exstructum, demum mausoleum etiam Ecclesiae, fini convenienter refectum et innovatum, — imo ut omnia, omnium oculis, nova prorsus specie arrideant, muri quoque principales Ecclesiae, in altitudinem unius decempedae provecti, universa denique sacrae hujus Aedis compages ita ad justas, omni sub respectu, artis regulas exacta est: ut veram nunc, omnium judicio, imaginem domus Dei referat, magnoque sit spirituali et solatio et confortamento his, quibus „decor domus Dei cordi est, et quibus dilecta sunt tabernacula Domini virtutum!“ (Ps. 83. I.)

Eorum gratia, quorum id interest, adjunguntur isthuc exempla documentorum, quorum prius supra-expositum instaurationis Ecclesiae cathedralis opus respicit, inque globo, qui cum prominente e medio ejusdem cruce, sinistram Ecclesiae turrim claudit. — reconditum est; — alterum vero, in sinistrae itidem, demolitarum nuper turrium, globo inventum, brevem in se — restaurationis earumdem turrium, — anno 1814. factae, — memoriam complectitur.

—☙—

I.

PRO MEMORIA.

Reaedificatio turrium, propylaeorum, totiusque frontispicii cathedralis Ecclesiae hujus, — chori item et porticuum, tectique demum ac mausolei renovatio, — sub praesidio Episcopi Dioecesani, eoque auctore et auspice, a Venerabili Capitulo in Sessione S Sedis Consistorialis, suffragantibus omnium, qui praesto erant Assessorum Cons. votis, die 9-a Aprilis a. 1876. decreta, resoluto hunc in finem ex fundo Religionis 25.000 millium florenorum a. v. subsidio, — in Nomine et ad Gloriam Omnipotentis Dei, inque honorem S. Crucis. cui Ecclesia haec dedicata existit,

Anno Domini MDCCCLXXVI. die VIII. Junii,
Pontificatus Suae Sanctitatis, Summi Pontificis Pii IX. anno XXXI-o,
Gloriosi vero Regiminis Suae Sacratissimae Caesareae et Regio-Apostolicae Majestatis Francisci Josephi I. anno XXVIII,

Principe-Primate Regni Hungariae, Eminentissimo Domino Joanne Simor, S. R. E. Cardinali, Archi-Eppo Strigoniensi, ceu una Dioecesis Munkacsiensis Metropolita, Cultus autem et Publicae Institutionis Ministro Excellentissimo Domino Augustino Trefort, — magno Dioecesis Munkacsiensis Benefactore.

Sub gubernio Illustrissimi et Reverendissimi Domini Joannis Kovács de Pásztely, Eppi Dioecesani Munkacsiensis,

praesuscepta est.

Membra eotum Capituli C. E. Munk. erant:

Archipresbyter seu Praepositus Major: Rmus Dom. Basilius Hadzsega.

Can. Lector: Rmus D. Dr. Ant. Csopey, Abbas de Körtvélyes et Vicarius Eppalis.

C. Cantor: Rmus D. Irenaeus Bacsinszky Prodir. Lycei.

C. Custos: Rmus D. Alexander Labancz Abbas S.S. A.A. Petri, et Pauli de Kács.

C. Scholasticus: Rmus D. Joannes Danilovics Vicarius Epp. For. H.-Doroghiensis.

C. Cartophilax seu Cancellarius Rmus D. Mich. Markos, Director Cancel. Eppalis.

Septimus Canonicus: Rmus D. Julius Firczák, Rector Seminarii.

—

Architectus operis erat: Sp. Dom. Adalbertus Lukse-Fábry, Geometra et Officialis Status ad R. Hungaricum Publicae Communicationis Ministerium,

qui et plana delineavit et aedificationem supramemorati operis superinspexit cum coadjutoribus:
Francisco Wirth (Budapest.)
Josepho Major (Munkács.)
} Architectis.

II.

„Ecclesia haec honoribus S. Crucis dedicata, olim Collegii Patrum Jesuitarum, Anno autem 1775 per Augustissimam Reginam Mariam Theresiam Andreae condam Bacsinszky Graeco-Catholicae Dioecesis Munkacsiensis Episcopo, in Cathedralem donata, ante 30 circiter Annos, in superiore sui parte vehementiore vento agitata, unaque Turrium suarum insperate privata, ac ideo, tum ad decentiam, cum vero ad justam, et adaequatam S. hujus Aedis symmetriam conservandam, per Eundem pie defunctum Episcopum altera quoque orbata, neque, iniquo circumstantiarum, et penuriae fato prohibente, aliis provisa, — postquamXXX circiter Annis iisdem caruisset, tamen non tam felicioribus temporibus svadentibus, quam potius externo splendore, et Ritus consvetudine exigentibus, summa parsimonia collectis hujusce Cathedralis Ecclesiae pecuniis, Anno 1814 inito capituli hujus Consilio, tam ambae priores, eaeque majores, quam vero posterior, et quidem Supra Sanctuarium, sic dicta minor Turres novitus erectae, et positae, vel potius restauratae sunt Magistro Joanne Mariányik, quarum praesentes

Globi una cum Crucibus
Anno MDCCCXIV, die VI-ta Septembris

Pio VII. Summo Pontifice Romano,
Francisco I-mo Austriae Imperatore, et rege Hungariae, Josepho Archiduce Austriae & Hungariae Palatino,
Sede Primatiali, & Dioecesis Munkacsiensis Metropolita vacante, Agriensi Archi-Eppo Exclmo D. Libero Barone Fischer,
Episcopali Sede Munkacsiensi orba, et vidua, ideoque per Illmum Dnum Michaelem Bradács. Consecratum Eppum Doryllensem, et Suffraganeum, ac una Vicarium Generalem Capitularem Munkacsinensem, qua simul Praepositum Majorem, praesentem erectionis operam non modicum adurgentem, & adjuvantem, gubernata exsistente,
Reverendissimo Dno Michale Schauniczky Lectore,
Rendmo Dno Basilio Papp, Primicerio, seu Cantore, et una Custodis vices solertissime obeunte, negotiumque erectionis hujus, maxima cum parsimonia collectis Ecclesiae pecuniis, imprimis promovente,
Rendmo D. Gregorio Tárkovics absente Custode,
Rendmo D. Michaele Krucsay, Scholastico, ante octiduum e vivis discedente.

Rendmo D Joanne Olsávszky Cancellario, et
Rendmo D Michaele Tabákovics, Capituli hujus Canonicis, positi sunt, recte: dum post Fatale Gallicum Bellum, detronisato Napoleone, Franciscus Austriae Imperator, et Regni Hungariae Rex, Alexander Russiae Imperator, et Vilhelmus Borussiae Rex, felicibus suis, insimul unitis, ideoque a DEO benedictis Armis, toti Europae communem restituissent pacem, quae una cum Cathedrali hacce Ecclesia, capitulo, et Dioecesis Munkacsiensis Clero floreat in aeternum. Amen.

Praementionatas Turrium Cruces Stephano Kochina. Graeco-Catholico Fabricante, pecunia vero, praeter isthic adjunctam Cupream, chartacea, seu: Schedarum Bancalium, sicdictarum Reluitionalium in cursu posita existente.

Andrea Chira, Officii Vicarii Gen. Capit. Cancellario, et Secretario, una S. Sedis Consistor. Notario.

Andrea Popovics, ejusdem Officii, una cum socio Joanne Szteczovics, Juratis Cancellistis.

SERIES EPISCOPORUM

Dioecesis Munkacsiensis, cum insertis quibusdam historicis, quantum ea ex authenticis, iisque privatis et publicis documentis erui potuerunt.

I. **Joannes I.** (1491—1498.) Episcopi hujus in Decretis Uladislai II. Regis Hung. de a. 1491. et 1498 mentio fit; quo tamen praecise tempore Episcopus hic Praesuleam suam Cathedram capessiverit, quove anno decesserit, memoria proditum haud est.

Nota. De successione Episcoporum ab anno 1498 usque annum 1551 deficientibus documentis nihil omnino constat.

II. **Basilius I.** [Vladislaus] (1551—1552.) Occurrit in Diplomatibus Ferdinandi I. Regis de annis 1551. et 1552. de initio tamen Episcopatus, gestisque ejus, altum annales nostri silent.

III. **Hilarius** [alias Lariona] (1556—1559.) De Episcopatu Praesulis hujus mentio est in litteris Georgii Báthory supremi Comitis Szathmár et Szabolcs, datis ad judices, juratos et universitatem jobbagyionum in Comitatu Marmaros existentium, anno 1556; tum vero in Decreto Isabellae Reginae Hung. ex anno 1558; nec non in decreto Joannis (Sigismundi) II. Principis Transylvaniae de a. 1561. Dignum memoria: Episcopum hunc ex consensu Joannis II. citra vota cleri, ipsum sibi vita adhuc comite successorem in Eppatu elegisse, qui post decessum ejus, munere Eppali actu perfunctus est; quum tamen miro quodam casu, in tribus, quae praesto sunt eumque respiciant documentis, Decreto utpote Joan-

nis II. (de quo supra) et duobus. diversi quidem argumenti, eodem tamen dato 13. oct. 1569 signatis. Maximiliani Regis Decretis nulla seu nominis, sive cognominis ejus mentio occurrat, in serie Episcoporum Munkacsiensium sub titulo:

IV. **Anonymus** venit: (1569.) caeterum ut nomen, sic et vita ejus prorsus ignota: quamvis non desint indicia quae innuant nomen ejus Amphilochii fuisse. (V. Haraszievics annal. Eccl. Ruth. Leopoli. 1862. pag. 226.)

V. **Basilius II.** [Vladislaus] (1597.) Annus occepti per eum Episcopatus ignoratur, jure tamen eum albo Episcoporum Munkacsiensium inferri documento sunt litterae passuales dto. 29. Martii 1597. a Rudolpho Rege impetratae; tum vero Decret. Archi-Ducis Mathiae in ejusdem favorem eodemque anno 27-a mensis Septembris emanatum. Is primus inter Praesules Munkacsienses est: qui a discolis quibusdam saecularibus in exercitio jurisdictionis Eppalis molestatus, medelae implorandae gratia, Pragam profectus, rem suam coram Rudolpho, Rege tum Hungariae, in persona agebat, et promovebat.

VI. **Sergius.** (1601—1606.) Episcopatum ejus probant Decreta Archi-Ducis Mathiae de anno 1601. et Principis Transylvaniae Stephani Bocskay de anno 1606, e quibus videre una est: singularem Praesuli huic favorem et praesidium obtigisse, tam ex parte Rudolphi Regis Hung. quam et apud praefatum Transyvaniae Principem, quibus infausta illa turbarum civilium tempestate, multum exagitatus Praesul, plurimum omnino indigebat. Conjectura non vana est: primum eum fuisse qui extra fines regni, Kioviae in Russia, ab Episcopo tamen catholico, s. Eppatus ordine initiatus sit. De initiis, et exitu Eppalis ejus regiminis nulla scripta vestigia extant.

VII. **Euthymius.** (1618.) Hunc a Vladica (Eppo) Lario (Hilario) rite ordinatum Eppum fuisse, munereque una Eppatus Munkacsiensis vere functum esse, argumento est: Decretum Andreae Dóczy supremi Comitis Cottus Szathmár, simulque supremi arcis, ac praesidii ejatis Capitanei, 18. Septb. anni 1618. emanatum. De tempore tamen initi per eum Eppatus perinde ac de fine ejusdem nihil certi statui potest.

VIII. **Petronius,** (1623—1627.) a Principe Transylvaniae Gabriele Betlen, decreto 10. Febr. a. 1623. in arce Munkacs subscripto, confirmatus. Videtur praefuisse Dioecesi annis quinque.

IX. **Joannes II.** [Gregorovics] (1627—1633) Et hic Praesul, a principe Gabriele Bethlen, decreto 12-a Januarii 1627. Cassoviae edito, confirmatus est. Summis eum Princeps in confirmatorio decreto suo laudibus effert, qui utpote et latinae aliarumque lingvarum peritus et Theologicis studiis imbutus esset, ac liberalium quoque artium notitia, atque bonis moribus aliis anteiret. Ex continentiis litterarum liberi passus ad preces ejusdem Eppi a judice Curiae Melchiore Alaghy Cassoviae 29-a Maji 1630. extradatarum colligere licet: Praesulem hunc visitationem canonicam toto, quo patuit, vastae ac perpopulosae eotum Dioeceseos ambitu, idque majori longe, quam id isthic antea unquam usu venerat, solennitate, et diligentia presuscepisse. Rexit dioecesim annis fere sex.

X. **Basilius III.** [Taraszovics] (1634—1648.) Electus in Eppum anno 1633. eodemque anno consecratus quoque est in Moldavia, urbe Jassy, ut docent litterae passuales Principis Georgii Rákóczy ex arce Szamosujvár anno 1633. 16. Octobris datae. Confirmatio Eppi hujus ab eodem mox laudato Principe, insequenti 1634 anno die 5-a Januarii subsecuta est. In decreto Principis neoconfirmatus Praesul tum a scientia, tum a bonis moribus multum commendatur. Litterae passuales in tutamen ejus a Nicolao Forgács anno 1635. 13. sept. extradatae non obscure innuunt: inchoatam eum a Praedecessore suo canonicam parochiarum visitationem alacriter continuavisse. Sed eheu! vix evoluto Eppatus sui quinquennio strenuus hic Fidei et Ecclesiae catholicae propugnator gratia Principis Georg. Rákócy summi antea fautoris et patroni sui excidit; „qui ut eum a sacra unione, una cum clero, et populo recedere faceret, miris illum modis per suum arcis (Munkács) Capitaneum Joannem Báling in tantum urserat, ut pro disunito semet declararet. interim paullopost poenitentia tactus, quia catholicam publice professus est Fidem, ab ara in Sacro Eppali vestitu, a tremendo Missae Sacrificio anno 1640. 13. Dec. raptatus. in squalore carceris longo satis tempore detinebatur." (a 13. Dec. 1640 usque 5. April. 1642). Quamvis vero adflictus

Praesul interventu Regis Ferdinandi carcere liberatus sit, coactus tamen erat omnibus se Monasterii bonis abdicare, tum vero Praesulea sua Sede, nec non exercitio quoque juris Eppalis prohibitus, atque ex munificentia Regis Ferdinandi ad annuam 200 flnor. provisionem restrictus, multum excruciatam vitam suam in oppido Nagy-Kálló mense Augusto anni 1648. pie in Domino consummavit.

XI. **Petrus Parthenius Petrovics,** [alias Rosztoszinszky] (1648—1670.) Natus in possessione Szakoly (Com. Szabolcs) Electus in Eppum mox post fata Antecessoris sui Basilii Taraszovics. Ordinem Episcopatus suscepit in Transilvania a Stephano Simonovics Eppo gr. r. non unito Albajuliensi, adsistentibus: Saba, et Gregorio, Eppis perinde disunitis an. 1652. Hunc primum Eppum Munkacsiensem, ad preces Dioecesani Cleri eosuper ex Synodo Ungvarini an. 1652. Januarii 15-a celebrata, ad Innocentium X. Pontificem promotas, agente cumprimis Archi-Eppo Georgio Lippay, a Sacra Apostolica Sede confirmatum esse, chronica nostra perhibent. In eodem Pontificio Decreto antefato Archi-Eppo Strigoniensi facultas una conceditur: ut Petrum Parthenium ab irregularitatibus, quas forte contraxisset, absolveret; quae absolutio, votis neoconfirmati Praesulis conformiter, ad tollendos ejus scrupulos, si videlicet consecratio ejus, ab Eppis utpote non unitis facta, invalida nefors esset, re vera impertita quoque ei est. Confirmatio ejus Regia anno primum 1659 ddto 19 Novembris, installatio vero a. demum 1660 subsecuta sunt.

Cum Petro Parthenio nova eaque laetior in historia Dioecesis nostrae periodus incipit; sacra enim unio, quae tam ante tempora jam Eppi Basilii Taraszovics, quam et durante regimine ejus, turbis potissimum et factionibus acatholicorum multum labefactata erat, eo maxime auctore prospero omnino cum successu restabiliri coepit. Praesul hic, Presbyter adhuc in negotio renovandae cum S. Romano-catholica Ecclesia unionis, tamquam delegatus Cleri Eppum Agriensem Georgium Jacutics, Jaszovii tum residentem, anno 1646. invisit; postmodum vero eadem ex causa, qua electus jam Eppus Synodo quoque nationali Tyrnaviensi interfuit 1648, duasque deinceps, hoc eodem in merito Synodos Ungvárini cele-

bravit (1649—1652) inque gravissima hac re ita eum versari accepimus: ut pro Clero omnia privilegia et immunitates Ecclesiae Catholicae vindicaverit, quin tamen eum (Clerum) essentialibus se Ecclesiae orientalis juribus, avitisque ac ratis consuetudinibus abdicare oportuisset.

Operae pretium est animadvertere isthic: prima vestigia, quae subordinationem Dioecesis nostrae Archi-Eppo Strigoniensi tanquam Metropolitae, respiciant, in actis primum restabilitam fidei unionem concernentibus, occurrere. En! haec sunt, quae relatio de statu Dioecesis Munkacsiensis per Archi-Eppum Strigoniensem, Georgium Lippay, ad Congregationem Cardinalium de propaganda Fide anno 1654. 2-a Julii data, habet: „Nescio — sunt verba Archi-Eppi — quomodo possit subesse Eppo Agriensi (Eppus Munkacsiensis), cum unus Eppus non subsit alteri, sufficeret: si subesset Archi-Eppo Strigoniensi, ut Suffraganeus Metropolitae, aut Primati.“ Mirum tamen, quod nihil obstante auctoritate Archi-Eppi Strigoniensis, quae et tum jam, plurimum certe Romae valuit, Dioecesis nostra, ad tempus usque ita dictae Canonisationis ejus, seu ad annum 1771. Episcopo Agriensi — salva alioquin Metropolitana A-Epporum Strigoniensium auctoritate — fuerit proxime (immediate) obnoxia. Causa dependentiae hujus procul dubio in eo quaerenda est: ne tenella, recenter revectae Sacrae Unionis, plantatio, quiddam detrimenti caperet, cui ab imminentibus undique periculis praecavere, Eppis Dioecesis Agriensis, — quae utpote iisdem fere cum nostra finibus tum continebatur, — magis in promptu erat, quam Archi-Eppis Strigoniensibus, quorum residentia longe hinc remota fuit.

Quamdiu rexerit Eppus P.Parthenius Dioecesim, certe statui nequit, vero tamen simile est, Eppatum ejus se ad annum usque 1670 protendisse.

XII. **Joannicius** [Zékány] (1658—1684.)

XIII. **Josephus** [Volosinovszky] (1674.)

XIV. **Porphyrius** [Kulcsinszky] (1683.)

XV. **Methodius** [Rakovecky] (1688.)

Tempus quod ab Eppatu Petri Parthenii ad annum usque 1690 effluxit, quum defectuosa admodum sint scripta, quae desuper exstant monumenta, — tanta tenetur caligine, ut quantum, ad successionem praedesignatorum

Episcoporum adtinet. vix quid explorati eatenus in medium proferri possit. Id unum tamen indubie constat: singulum eorum re vera consecratum fuisse Episcopum, quorum una cuivis pars Cleri, et Fidelium Dioecesis, adhaesisse videtur. Speciatim vero:

a) Juxta adnotata, quae in Diario Eppi Joannis Josephi de Camillis, propria ejus manu exarato, habentur, dubio vacat: **Joannicium Zékány** anno jam 1658. adeoque Petro Parthenio in vivis adhuc exsistente, munia Eppalia obiisse, inque Eppatu ad annum usque 1684. perstitisse. Probabile est: eum a Georgio II. Rákóczy, ceu Anti-Eppum Parthenii, nominatum, parti Cleri et populi, quae disunioni inhaeserat, aut secus partes P. Parthenii sequi detrectabat, praefuisse. Post installationem Eppi P. Parthenii in bona Ordinis S. Basilii Magni, quae anno 1660 intervenit, stabilis ejus sedes erat in pago Misztícze Cottui Beregh ingremiato, ubi et familiaria bona habebat. Exinde: quod eo promotore, in locum lignei Templi Monasterii Munkacsiensis, sumptibus Constantini Multyanszky Vojvodae acatholici Moldaviensis, novum, muratum Templum erectum sit, tum quod idem Praesul confirmato et a Romano Pontifice, et a Rege, Episcopo Petro Parthenio se subdere renuerit, vix dubie putant quidam posse conjici: eum receptam nuper a majori Cleri et populi parte Unionem amplexum haud fuisse. Quid tamen veri in re sit, scrutator cordium et rerum Deus, ipse novit!

b) De **Josepho** [Volosinovszky] ex notatis itidem Joannis Jos. de Camillis, id unum liquet: eumdem Sacros ordines individuis quibusdam anno 1674 contulisse. Videtur fuisse Eppus vagus, qui turbulento illo aevo, ex Polonia in oras nostras immigrans, hic aliquamdiu exhaesit: quamvis caeterum in uno ex tribus, quae supersunt, ab eo subscriptis documentis, ipse se, a Sua Majestate constitutum Dioecesis Munkacsiensis Eppum nominet, ibidemque Andreae cuidam: Parochiam Roszosensem conferat. (vid. Manuscr. M. Luckay Tom. II. pag. 497.)

c) **Prophyrium** [Kulcsinszky] verum et legitimum Eppum Munkacsiensem fuisse, patet ex litteris Joannis Poloniae Regis 8-a Maji 1685. ad Leopoldum Regem Hungariae exaratis, in quibus dicitur: Eppatum Munkacsiensem, antefato Porphyrio, mediante commendatione

scribentis Regis Joannis, a Leopoldo Rege triennio ante (1683) fuisse collatum. Quum tamen idem Eppus impertitam sibi Praesuleam Sedem, ob saevientes hic eotum civiles tumultus, ex Polonia, unde oriundus erat, et ubi tum commorabatur, capessere diu prohibitus esset, — Dioecesis, per Joannem Hyeronymum Lipniczky Vicarium administrabatur.

Juvabit meminisse hic: hunc eundem Joannem Hieronymum Lipniczky, origine perinde Polonum ut consecratum jam Eppum isthuc immigrantem, anno adhuc 1681 die 13-a Decembris fuisse ab Archi-Eppo Strigoniensi et Primate Regni Georgio Széchény pro Vicario Dioecesis Munkacsiensis constitutum, eumque deinceps Munkacsini sedem fixisse, ac pontificalia quoque munia obiisse. Quamvis autem denominato interim in Dioecesanum Eppum Porphyrio, ordinaria ejus jurisdictio cessaverit, rexit nihilominus Dioecesim — ut mox dictum, — potestate vicaria. — In quod autem tempus inciderit adventus Eppi Porphyrii, id ex superexistentibus documentis erui nequit, imo nec de ipso quidem adventu ejus certi quidquam constat; exinde tamen, quod in supplicibus per Archi-Eppum et Cardinalem Leopoldum Kolonics, in negotio dotationis Eppatus Munkacsiensis, R. Pontifici a. 1689. porrectis litteris Epp. Munk. Methodius Rakoveczky esse asseratur, recte conjicimus: Porphyrium tum jam in vivis non fuisse, aut certe Cathedrae Praesuleae renunciavisse.

Nota. Porphyrius (Kulcsinszky) de quo hic actum, non est confundendus cum alio hujus nominis Eppo cognomine Árdán, qui deturbato e Sede Eppali Basilio Taraszovics per Joannem Báling arcis Munkacsiensis Capitaneum anno 1640 vi Clero et populo obtrusus est. Obiit Munkacsini, ibique et sepultus jacet, perhibente id, in dextero latere Ecclesiae Monasterialis, exterius lapidi incisa inscriptione, quae haec est: Porphyrius Eppus Munk. mortuus anno 1643. (vide Manuscr. Mich. Lucskay Tom. II. Pag. 249. in Bibl. V. R. D. Munk.)

d) **Methodius** (Rakoveczky) Parochus primum uxoratus Nagy-Rákóczensis in Cottu Ugocsa, postmodum vero ex viduo et patrefamilias Monachus factus, emissa professione Religiosa, ad preces quorumdam adhaerentium sibi suorum contribulium, a Raphaele Angelo, qui nullam

Sedem habens, sub titulo Archi-Eppi Spalatensis, per Dioecesim nostram tum oberrabat, — in Eppum consecratus est anno 1688. Cum vero confirmationem Regiam consequi haud potuerit, denominato in Vicarium Apostolicum perque Commissarios Regios in Eppatum Munkacsiensem installato Joanne Josepho de Camillis. — Munkacsino excessit, seque in Claustrum Uglyaense (Cott. Máramaros) recipiens, supremum inibi obiit diem. Non erit forsitan abs re adjicere hic: praefatum Eppum Methodium, sedente jam ad gubernacula Dioecesis, legitimo Eppo Joanne Jos. de Camillis, citraque consensum ejus, pluribus Sacros Ordines contulisse, qui tamen omnes, imo ii quoque, qui et antea sacris ab eo ordinibus initiati erant, ab Eppo Joan. Jos. de Camillis (perhibente Diario ejusdem) sub conditione reordinati sunt, idque tum ideo: quod consecrator Methodii, Raphael Angelo, Eppus dubiae fidei vulgo haberetur, tum quod consecratio ejus, in praejudicium Canonicae consvetudinis, nullo adsistente alio Praelato, a solo Raphaele Angelo peracta sit.

XVI. **Joannes Josephus** I. [de Camillis] (1690. 1706.) Italo-graecus, ex insula Chios oriundus, per Archi-Eppum Strigoniensem Cardinalem Leopoldum Kolonics Roma adductus, Decreto Leopoldi I. Regis de anno 1690 11-a Martii pro Eppo genti Ruthenae datus est. Hic primus, et solus in numero Epporum Munkacsiensium est: qui ordinem Eppatus, consecrante eum praelaudato Card. Leopoldo Kolonics, ritu latino suscepit. (vide Manuscr. Mich. Lucskay Tom. II. pag. 324) Installatus est die 20-a Aprilis anno 1690, Munkacsini, cum antea jam ab Alexandro VIII. Romano Pontifice, qui eundem in Brevi Suo dto 5-ae Novbris anni 1688 „Monachum Presbyterum Ordinis S. Basilii Magni, electumque Eppum Sebastensem compellat, — Vicarius Apostolicus pro graecis in Dioecesi Munkacsiensi commorantibus constitutus esset . . . . “

Atque huc referenda sunt initia arctioris dependentiae Antistitum nostrorum ab Eppis Agriensibus, qui eos exhinc ad tempus usque canonisationis Eppatus Munkacsiensis (1771) rituales Vicarios suos appellaverunt, illosque una per omnia tamquam tales tractaverunt; et id quidem non solum ex annutu supremae Pontificiae auctoritatis, sed et ex expressa quoque mente Aposto-

licorum nostrorum Regum, qui inde a denominatione Joannis Jos. de Camillis ad annum usque 1733. in collationalibus Decretis suis, singulis denominatis Eppis nostris districtim praecipiunt „ut in omnibus justis, et licitis rebus, Ordinario (Eppo Agriensi) debitam obedientiam. et reverentiam, tanquam eorum respective Vicarii, praestare, et ab illis dependentiam habere debeant et teneantur."

Quamvis autem suprafatus Praesul, in obversum avitae consvetudinis, non consulto praevie Clero in Antistitem gentis Ruthenae constitutus sit, — unus tamen erat clarissimorum, simulque maxime meritorum Epporum, qui Dioecesi nostrae unquam praefuerunt. Bona enim Monasterii, quae sublato e vivis Petro Parthenio familia Rákóczyana vi rursus ad se rapuerat, eo imprimis agente auctoritate Regis Leopoldi, ultroque consentiente in id Principe quoque Francisco Rákóczy, ita revindicata sunt (1693), ut nunquam ea ullam in posterum aut litis, aut jurgii materiam praebuerint. Clerus dein et familiae Ecclesiasticorum, quae in obversum pacti-conventi Tyrnaviensis, ad quotidianos serviles labores compellebantur, captivabantur, imo verberibus quoque afficiebantur . . ejus maxime sollicitudine, et opera ab immani hoc servitutis jugo liberatae sunt. Eo porro Dioecesim administrante plurimae apud nos, ad memoriam nostram, Synodi celebrabantur, idque in iis potissimum Dioecesis nostrae plagis, ubi cleri et populi fides aut minus explorata, aut minus firma erat, quae Synodi plurimum una valuerunt, ad unionem in Dioecesi nostra in dies magis propagandam, et constabiliendam. Multum dein hunc ipsum in finem contulit et edit'o (procul dubio prima) prolixioris nonnihil catechismi idiomate rutheno adornata, qui ejus curis concinnatus, eoque pariter intercedente, ex munificentia Cardinalis Archi-Eppi Strig. Leopoldi Kolonics 1692 Tyrnaviae typis vulgatus est. Tandem, aut in meritis ejus censendum, aut certe bonae ejus fortunae adscribendum illud quoque: quod recte eo Dioecesim gubernante, vigore vere clementissimorum, supralaudati Cardinalis Leop. Kolonics, Ordinum. — in Seminario Adalbertino Tyrnaviensi, ex fundatione Jacobi Jahn, Canonici condam Quinqueecclesiensis, quotannis tres Dioecesis Munkácsiensis alumni interteneri, et in profanis aeque, ac sacris scien-

tiis, eruditi coeperint, quo factum est, ut praememoratum Institutum, quum universim Seminarium clericorum esset, tum pro Dioecesi nostra per centum, et quod excedit annos, Episcoporum quoque ac complurium insuper aliorum etiam celebriorum Dioecesis nostrae virorum Seminarium ac velut Promptuarium quoddam, evaserit.

Tanta cum exantlaverit pro gloria Dei, et emolumento Sanctae Ejus Ecclesiae zelantissimus Praesul hic, dignus omnino est, quem pio et grato animo recolant posteri „a generatione in generationem.“ Mortuus est Eperjesini a. 1706, ubi postremis sex (fors) Eppatus sui annis stabilem quoque residentiam habuit, quum ob bellicos tumultus, qui in ipso ingressu saeculi XVIII. in superiori Hungariae parte denuo exarserant, Dioecesim citra periculum vitae, Munkacsino administrare haud potuerit. Corpus ejus perinde Eperjesini in crypta Ecclesiae RR. PP. Minoritarum sepultum est.

Nota. Ecclesia haec, quae, erecta anno 1816 Dioecesi Eperjesiensi, novo Eppatui tradita est, evasit abinde cathedralis.

XVII. **Joannes Josephus.** II. Epp. nom. [Hodermarszky] (1707—1715.) Ortus ex Scepusio, possessione Hundert-markt. Studia philosophica aeque ac theologica Tyrnaviae absolvit, sacrisque ordinibus 1701. initiatus. Ordinem S. Basilii intravit, brevique, vix sex annorum intervallo, talia tantaque insignium tum civis, cum et viri ecclesiastici specimina edidit, ut anno mortem Eppi Joannis Jos. de Camillis insequente, id est 1707. 22-a Septbris a Rege Josepho I. in Eppum Munkacsiensem nominatus sit, posteraque protinus die emanatum, altissimae quoque C. R. Complacentiae Decretum impetrare meruerit „propter egregia studia et insignem zelum, quem is, (durante revolutione Rakoczyana) et per se et per Inclytum Ruthenum Populum, in promovendis Caesareis Regiisque servitiis, et commodis eximie praestitit, et exhibuit“ 23-a Septbis 1707.)

Illud tamen ipsum, quod in honorem et gloriam ejus cessit, fuit una impedimento: quominus a Sacra Apostolica Sede in Eppatu confirmaretur. Quum enim contra Confederatos ipse quoque in persona et acies instruxerit et fortiter etiam dimicaverit, confirmatio ei, utpote irregularitate irretito denegata est, eo non obstante: quod

tum Josephus Rex, cum et vidua uxor Regis, imo Successor quoque Josephi, Rex Carolus instantius eosuper Pontificem fatigaverint. Diuturna tandem mora fractus Eppus die 14-a Novbris anni 1715. titulum Eppi Munkacsiensis in manus Plenipotentiarii Regii Card. et Archi-Eppi Principis Christiani Augusti, resignavit, assumpto titulo Archimandritae Ordinis S. Basilii M. de monte Csernek, cujus et bona pro se suisque Religiosis reservavit, successore ejus Georgio Gen. Bizanczy ad solos fere cathedraticos — ut ajunt — proventus restricto. Singularis humilitatis, piaeque ejus in Deum resignationis documentum est: quod non modo ultro se, in sui locum constituto Successori subjecerit, sed quoadusque viribus valeret, ad annum videlicet 1728, Vicarium quoque ejus Generalem egerit „sollicitus servare unitatem Spiritus in vinculo pacis." (Ephes IVv. 4.) Mortuus 16-a Feb. a. 1729. in Monasterio de monte Csernek, ubi et corpus ejus requiescit.

XVIII. **Georgius Gennadius** [Bizanczy.] (1716 — 1733. Natus in pago Nagy-Rákócz, Cottui Ugocsa ingremiato. Absolutis Tyrnaviae tam philosophicis quam et theologicis studiis, susceptisque anno 1701 sacris Ordinibus, in oppidum Nagy-Kállò pro Parocho dispositus, paulloque post ab Eppo Joanne Jos. de Camillis, Archi-Diaconus quoque (pro partibus Dioecesis Transtibiscanis) creatus est. Cum vero functo fatis Eppo, confirmatio Pontificia nominati in locum ejus novi Praesulis, Joannis Jos. Hodermarszky frustra expectaretur, Eppus Agriensis Stephanus Telekesy praememoratum Georgium Gen. Bizanczy Ordinibus de anno 1713. 9-a Aprilis datis, **Vicarium** suum constituit, quin idem ille postmodum a clero quoque Dioecesano, ad nutum Primatis Regni, Principis Christiani Augusti anno 1715. 4-a Maji Ungvárini congregato, in Generalem quoque Vicarium Dioecesanum voto unanimi praesentium, proclamatus est, — protestantibus solis Monachis, eo: quod Presbyter saecularis esset. Exhinc dein a Sacra quoque Pontificia sede in Vicarium Apostolicum denominatus 5-a feb. a. 1716.) ex indultu ejusdem Sacrae Sedis (13-a Septembris c. a. edito) Leopoli ab ejate A-Eppo Leone Kiska) ad titulum Eccles ae Sebastensis in Eppum inauguratus est 1716. 21-a die Decembris. Decretum confirmationis Regiae ante jam, 8-a videlicet mensis Novembris anni 1716.

emanavit, eo memorabile: quod in eodem Dioeces's nostra tum primum non Dioeces s jam, sed Districtus solum Munkacs'ensis, ad Eppatum Agr'ensem pertinens, appelletur.

Regente Epi'scopo hoc. soll c'taque ejus opera, labescens a temporibus Episcopi max'me Basilii Taraszovics in Com tatu Marmaros'ensi unio, — quae ne assiduis quidem Eppi Joan. Jos. de Cam ll's car's, in partes has pen.tus revehi poterat, ita ut degentes in bi passim disuniti, ad tempus usque Episcopi, de quo nunc agimus, separatos semper Praesules habuerint, — felici successu restab liri coep't: usuque s'mul per totam sensim Dioeces'm invaluit: ut a Sacerdotibus in S. Lithurgia (quod et Eppus jam Joann. Jos. de Camillis instanter urserat) Romani Pont ficis commemorat o fieret. Quanta porro e' Romae fides fuerit, id exinde fac'le coll'gitur: quod defuncto Eppo Fogarasiensi (in Transylvania) Joanne Pataky, usquedum novus illic Eppus nom naretur, munus apostol ci ejus Vicariatus, — ad hanc quoque Dioecesim extensum sit. Neque tamen minorem obtigisse ei, e parte quoque supremae c vil's Potestat's honorem, titulus Cons liarii Regii eidem a Carolo Rege collatus luculenter probat. (1732) Quinam vero fuerint in eum animi Religiosorum, qui — ut d'ctum supra — Vicariatui ejus contrarii nuper erant, documento est: quod sublato e vivis Joanne Jos. Hodermarszky (1729) communibus eorum suffragiis in Archimandritam (Abbatem) Ord. S. Bas. Mag. electus sit, ea alioquin sub conditione; ut professionem Religiosam emitteret, bonaque Ordinis omnia non ut Eppus, sed nomine Monasterii administraret. Ultimum Praes'le pariter ac religioso dignissimum cons lium ejus erat, ut in locum l gneae Mar.a-Pócsens's Ecclesiae, novam, muratam er'gi faceret, ast jactis solum, magna cum solenn'tate fundamentis (1731 mense Septbri) vix inchoato operi immortuus est, anno 1733. 22-a mensis Julii, annos natus 77, in monte Csernek, in ipsa domo Religiosa, in qua vivens adhuc, mori exoptaverat, (Bas'lovics parte II. pag. 161) Exanime ejus corpus cryptae Ecclesiae monasterialis illatum est.

XIX. **Simeon Stephanus.** [Olsavszky] (1733—1737.) Oriundus e possesssione Olsavicza (Cott. Scepusiensis) unde et nomen sumpsit, cum antea familia ejus

Zsid aut passim et **Zsidik** vocaretur. Cursum S. Theologiae Tyrnaviae absolvit, ubi interea laurea quoque Doctoris Philosophiae condecorari meruit (1717) Anno 1719. ordinatus, aliquamdiu Munkacsini cura animarum occupabatur. Ab anno 1728 ad dies usque vitae Georgii Gen. Bizanczy Vicarium Eppi hujus egit, post obitum vero ejus, a congregato tum saeculari, cum et regulari clero, voto unanimi in Vicarium Dioecesanum electus est. Ex fidedignis, quae supersunt actis intelligimus, Sacerdotes vice hac, vota sua in calicem, altari impositum, immisisse, qui obsignatus, per duos dein ablegatos ad Venerabilem Conventum de Lelesz expeditus, ibique demum reseratus est. Regia ejus in Eppum denominatio anno 1733 26-a Augusti emanavit, ad commendationem Eppi Agriensis, Comitis Gabrielis Erdődy, qui eum virum integrum et bene eruditum compellat, qui una fideli et recto corde in Augustam Austriacam Domum feratur. Hoc eodem anno a S. Pontificia Sede in Vicarium quoque Apostolicum constitutus, anno vero insequenti, Leopoli ab Archi-Eppo Athanasio Septiczky, ad titulum Ecclesiae Pellensis, in Eppum etiam consecratus est. Quamvis autem professionem Religiosam emiserit, non tamen potuit effugere: quin quasdam cum Religiosis, circa jura Eppi in bona Monasterii, enatas contentiones haberet, quae tamen brevi compositae et sopitae sunt; „fuit enim Eppus hic mutuae pacis et tranquillitatis, ac domesticae harmoniae amantissimus“ ; . . Quod ipsum intuitu Ordinarii quoque sui (Eppi Agriensis) religiose semper observabat, erga quem „comis erat is et humilis et submissus et venerabundus“ ! Atque haec pacata, pace et charitate peruncta ejus indoles, unicum fere erat „quo juge sui post mortem desiderium reliquit“ . . nam praeterquamquod anno 1734 Synodum generalem celebraverit, aedificationemque Ecclesiae Maria-Pócsensis continuare perrexerit, nihil sub eo aut actum est, aut evenit: quod dignum simul esset, ut tabulis historicis inferretur. Obiit 1737. 24. Decembris, inque solita monasteriali crypta intumulatus est.

XX. **Georgius Gabriel**. [Blazsovszky] (1738—1742.) Nomen familiae Eppi hujus fuit: Mankovics‘ placuit tamen illi, exemplo Praedecessoris sui, adsciscere sibi nomen novum, a loco Blazsov (Cottus Sáros), unde et ortum duxit. S. Theologiae Tyrnaviae studuit,

qua Seminarii Adalbertini alumnus, unde redux, et anno 1729 Presbyter ordinatus. Eppi Georgii Gen. Bizanczy Capellanum domesticum ac simul Secretarium quoque ejus egit, quo munere et ad latus succedentis Eppi Simeonis S. Olsavszky assidue fungebatur. In annalibus nostris legere est: fuisse eum virum doctum, inque rebus gerendis peritum satis, et habilem*), plus tamen una aequo, cupidine eum gloriae laboravisse. Vix enim mortuo Eppo, et praesente adhuc — ut ajunt — cadavere, Agriam propere concessit, ubi in Vicarium nominatus, (1738. 14. Januarii) vota mox, tum in Scepusio, tum in Marmatia conquisiverat, ut contra aemulos, et competitores suos Michaelem utpote Olsay et Michaelem Olsavszky, qui Generalis defuncti proxime Eppi Vicarius erat, — securum sibi Eppatum redderet. Et cessit profecto res e voto; nam patrocinante ei Eppo Agriensi Comite Gabriele Ant. Erdődy, et a Rege Carolo in Eppum, (1738 11. Maji) et a Summo Pontifice Clemente XII-o in Apostolicum Vicarium, cum titulo Eppi Agnensis reipsa denominatus est. (1738. 30. Octobris) S. Eppatus ordinem Leopoli ab Athanasio Septiczky Archi-Eppo suscepit. (1738. 22. Decembris.)

Hic primus inter Eppos nostros est: cui pro instrumentis collationalibus, titulo taxae 800 fl. rh. pendendi erant, sed et primus, cujus curis effectum: ut e generali cassa Parochorum, titulo subsidii, inter egentiores Dioecesis nostrae Parochos distribendi, 2000 fl. rh. resolverentur. Guttam maris vocat Eppus tenue — ut erat — subsidium hoc, sed en! benedicta haec gutta, evolutis vix aliquot annorum decadibus, in mare prope excrevit. Ex relatione quam laudatus Eppus, de qualiter distribuendo inter Curatos subsidio, Eppo Agriensi praebuit, discimus: vix tum ad limen litterariae culturae avos nostros stetisse, quum ex centum Curatis aegre tum unus alterve inveniretur, qui linguae latinae gnarus fuisset. Miserando huic statui Cleri, multum indoluit zelosus alioquin Praesul, fecissetque pro viribus, dubio procul cuncta, quo avito huic malo congrua medela succurreretur, nisi eum mors, opinione prius, e vivis eripuisset. Obiit correptus peste anno 1742 20-a Decembris in Claustro Kis-Bereznensi, quo pestem fugiens, Munkacsino se recepit, — ibique et ossa ejus requiescunt.

Eo clavum regiminis Dioecesani tenente. eoque ad Thronum suae Regiae Majestatis supplice, Diplomata Regum Leopoldi, et Caroli, praerogativas et immunitates Cleri graeci ritus Catholici spectantia, novo denuo decreto confirmata sunt (1741. 21. Octobr.) Ne vero, quod summum certe in meritis ejus est, silentio praeteream, addo: sincerum assiduumque eum semper in fovenda s. unione studium praesetulisse**) strenueque demum aedificationem Ecclesiae Maria-Pócsensis prosecutum esse. praematura tamen morte hic quoque prohibitus est: quominus ultimam — ut optarat — manum operi addere potuerit!

*) Hegumenus monasterii Munkácsiensis, Daniel Babilovics, qui Eppum Georgium Gabr. Blazsovszky puer vidit, cumque aequalibus ejus postmodum conversatus est, haec de illo scribit: „emicabat in vultu ejus (Eppi) totoque corporis habitu innata non adscititia modestia, ingenita non affectata gravitas, castigata non fluxa humilitas, temperata non exasperata majestas, non fucata sed gratia condita morum suavitas, cum inflexibili tamen, — vitium pro ratione demeriti puniendi ac unicuique jus suum reddendi — voluntate conjuncta (Vide Manuscr. Mich. Luckay Tom. IV. pag. 238.) Tumida quidem sunt haec nonnihil, modumque fors excedunt, res tamen ipsa non videtur specie veritatis carere!

**) Relatio Episcopi Agriensis Comitis Caroli Eszterházy, dto 23-ae Junii a. 1766. ad Summum Pontificem data, haec de Eppo Georgio G. Blazsovszky habet: „cui, velut unionis amantissimo, et contra debitam erga Ordinarium (Ag. Epp.) observantiam nullo unquam tempore vel minime peccanti, nihil aliud defuisse videtur, quam longior vita, nam quatuor annorum spatio, quo ut Vicarius populo graeco praefuit, plurima egit pro conservanda unione.“ (Bazilovics P. IV. pag. 87.)

XXI. **Michael Manuel,** [Olsavszky] (1743—1767.) Frater minor Eppi Simeonis St. Olsavszky, emenso laudabiliter, in Universitate Tyrnaviensi tam philosophico quam et theologico cursu, anno 1725. Presbyter ordinatus, Parochiaeque Munkács praefectus est, unde generalem simul Vicarium egit tum Fratris sui, quoad is in vivis esset, cum et Eppi Georg. Gab. Blazsovszky ab anno 1741. Fatis cedente Eppo isthoc, a Comite Gabriele Erdődi Eppo Agriensi, elicito primum fidelitatis juramento, 8-a Febr. 1743 in

Vicarium generalem denominatus, brevi postmodum a Clero quoque, emissa praevie religiosa professione in Eppum electus est. Confirmatio ejus Regia anno 1743. 12-a Martii. Pontificium vero Breve 6-a demum Septembris ejusdem anni emanaverunt, quo collata eidem a Benedicto XIV. Apostolici Vicariatus dignitate, ordine quoque Eppatus sub titulo Eppi Rossensis, Maria-Pócsini, ab Eppo Fogarasiensi Barone Joanne Klein initiatus est, 9-a Dec. anno 1743.

Diuturnum regimen Eppi hujus fuit quidem gloriosum, plurimis tamen una intermixtum malis. Aegre profecto posset produci quispiam ex his, qui eum in cathedra Eppali praecesserunt, cui onus Praesulcum, tanto, quam illi, pondere insedisset, et qui eo nihil obstante, tenuibus admodum subsidiis, tanta in emolumentum Dioeces s materiale aeque ac spir t ıale praestitit, ut et condignam idcirco a coaevis laudem et gratissimam apud posteros memoriam merito consecutus sit. Summam tantum rerum, idque per summos solum apices persequemur. Ecclesiam Maria-Pócsensem, cui aedificandae tres antea Eppi incubuerunt, ipse et consummavit et consecravit (1749); idem porro Eppus ejatis quoque peramplae Monaster al s aedis fundamenta jecit, murosque illius proprio aere in altum satis provexit: imo et amplissima Monasterii dotatio (32. col. session.) liberalitate Com. Francisci Károlyi facta, praeter Spectabilem D. Demetr. Rácz, modofati Comitis supremum bonorum Directorem, ejus quoque influxui haudquaquam injuste adscribitur (1767). Claustrum etiam novum in monte Csernek sub auspiciis laudati itidem Eppi, sumptibus vero praememorati Dem. Rácz construi coepit. (1766). Eo dein auctore ejusque impensis erecta Munkacsini Schola, in qua et pueri instituerentur, et juvenes pro suscipiciendis Sacris Ordinibus, tum materno tum passim et latino jam sermone formarentur*) 1744—1747). Ope demum Altissimo Loco exoperata et magnificae Eppali aedi (Munkacsini) erigendae, manum strenue admovit, eamque ad summum prope perduxit. (1753 et sequ.) Sunt tamen et alia, alterius generis, Eppi hujus gesta quae haud minorem ei prioribus laudem pepererunt. Subsidium enimParochorum eo regente ad tria millia fl. rh. adauctum, pro mensa vero Eppali annui 4000. fl. rh. exassignati sunt. Ad turbas dein quasdam disunitorum

componendas una et altera vice in qualitate Commissarii Regii in Transylvaniam est ablegatus (1746—1748) reque rite perfecta titulo Consiliarii Regii insigniri meruit. Primum porro stolare Schema eo agente fuit pro Dioecesi nostra constabilitum et concernente altiori Loco confirmatum. Tandem motus schismatici inter Valachos Cott. Szathmár, ab advenis quibusdam falsis praeconibus excitati eius pariter solertia, facundia, ac inflexibili zelo, perexiguo sane temporis intervallo, ita sopiti sunt, ut virus isthoc non exinde amplius repullulaverit. (1751.)

Exegit tamen sibi Praesul hic monumentum aere perennius eo cumprimis: quod Dioecesim nostram tutelae Epporum Agriensium obnoxiam, toto quo rexit tempore, totisque viribus, in libertatem denuo asserere enisus sit. Lenia primum satis, dependentiae Epporum nostrorum vincula, quae tamen inde a tempore Georg. Gen. Bizanczy in dies magis arctari coeperant, eo demum rigoris devenerunt: ut Eppo Michaeli Man. Olsavszky vel Presbyteros jam ordinare, aut Ecclesias erigere vel consecrare, novas porro Parochias creare, Archidiaconos constituere aut Synodos celebrare, praeterquam obtento ad id praevio Ordinarii (Eppi Agriensis) indultu, cautum omnino fuerit, quod ipsum insuper Eppo fide quoque jurata, ac vicibus quidem repetitis spondendum erat. Quodve dolorum simul ac servitutis extremum fere erat, ipse adeo titulus Eppi Munkacsiensis, quo tamen omnes ad unum Praedecessores ejus inperturbate usi sunt, ipsi abjudicatus est. (Vide Manuscr. Mich. Luczkay Tom. IV. cap. V. et IX. p. 15-26.) Arcus tamen — ut natet — in tantum jam intensus erat, ut laxari eum aut rumpi oportuerit, quod postremum curis et incredibili fere labore ac constantia toties fati Eppi serius reipsa subsecutum quoque est. Fortis enim et strenuus vir hic, cui constitutum erat: deficere magis quam desperare, in negotio revindicandae pristinae Dioecesis nostrae immunitatis, vice quaterna iter Wiennam suscepit, totoque una Eppatus sui tempore agentem Romae intertenuit, domi vero pro ratione circumstantiarum qua stilo, qua vivo vocis oraculo colluctans, nihil prorsus intentatum reliquit: quo recuperata Dioecesis libertate, et succussae multum Eppali auctoritati succurreretur, et commotis Cleri populariumque animis diu ac anxie exop-

tata tandem pace perfrui liceret! Utut autem res — ut supra jam indicatum — non protinus successerit, ac primo luctae impetu antemuralia solum arcis collapsa sint, mox tamen post fata ejus, vix elapso videlicet quadriennio, patuit et ipsa independentiae Dioecesanae arx, quae, ut historia saecularis testis est: tutissimum abinde sacrae Unionis Palladium evasit.

Mortuus est Eppus hic Munkacsini anno 1767. 5-a Novbris, annos natus 70; sepultus vero Maria-Pócsini in crypta per se et pro se exstructa.

Memoria ejus in benedictione!

*) Sub Eppo Mich. Man. Olsavszky, cura et beneficio influxu Eppi Agriensis Comitis Francisci Barkóczy, in ejate Seminario, ad rationes generalis Cassae Parochorum, fundatio pro sex alumnis Munkacsiensibus facta est 1754.

Nota. I. Regimen Episcopi Mich. Man. Olsavszky eo quoque memorabile est: quod quinque ab eo gr. rit. cath. Eppi S. Eppatus Ordinem susceperint. Nominatim vero:

I. **Meletius Kovács,** Epp. Magno-Varadinensis, Pócsini anno 1750.

II. **Gabriel Palkovics,** Epp. Svidniczіensis (Croatia) N.-Karolyini 1752.

III. **Petrus Paulus Aaron,** Epp. Fogarasiensis (Transylvania) Pócsini 1753.

IV. **Basilius Bosichkovics,** Epp. Svidniczіensis (Croatia) Pócsini.

V. **Athanasius Rednik,** Epp. Fogarasiensis (Transylvania) Munkacsini 1764.

Nota. II. Eppus Mich. Man. Olsavszky e tenuibus Eppatus reditibus plures in territorio oppidi Munkács tum intra tum extravillanos fundos et vineas comparavit (universim jugera 35,) quae Eppatus Munkacsiensis actu possidet.

XXII. **Joannes III.** [Bradács] (1767—1772) Illa eadem die, qua mane Michael Man. Olsavszky supremum clausit diem, advenit vesperi et Joannes Bradács Wienna, ubi in negotio independentiae Dioecesis, qua ablegatus Cleri triennio fere commorabatur, adferens una secum Decreta tum Regium, tum Pontificis, quibus ad preces

defuncti Eppi, pro ejus Coadjutore cum jure successionis in Eppatu, ante jam denominatus est. Exactis igitur denati Episcopi exequiis, nulla interjecta mora, injuncto sibi muneri sollicite vacare coepit. Sed et ejus, quemadmodum Praedecessoris sui Thyara spinis erat interserta! Suscepto enim, post depositam religiosam professionem, a Meletio Kovács Eppo Magnovaradinensi, Maria-Pócsini, Sacro Eppatus Ordine, (sub titulo Eppi Rossensis), quum Eppus Agriensis nihil de pristino Ordinarii rigore cedere videretur, imo ab accersito Agriam Joanne Eppo omnimodam et ab eo subjectionem deposceret, is juramentum obedientiae elicere et ad iteratam Eppi Agriensis provocationem constanter recusavit; (anno 1767. 15-a Septbr.) cumque interea et ab Altissimo Loco Ordines accepisset, ut Eppo Agriensi tamquam ejus respective Vicarius morem in omnibus gerere pergeret, alia vero ex parte, cum ob commotos, et conditione Eppi sui ad extremum prope exasperatos Cleri et Fidelium animos, ipsam jam S. Unionem in discrimen vocari adverteret, tanta bonum gregis Pastorem anxietas subiit, ut despondens animum, de abdicanda jam Eppali dignitate meditaretur. Opportuno sane tum tempore adpulit Doroghino Archidiaconus Szabolcsensis Andreas Bacsinszky, cui successit et dejectum Eppi animum erigere, et persuadere una ei, ut in arduis his rerum adjunctis, remedium malo, denuo, — et si id postremum jam esset — apud Altissimam Clementiam Regiam quaereretur. Placuit consilium Eppo, qui concito festinanter Clero unanimi omnium voto, eundem Andream Bacsinszky ut Oratorem Wiennam ablegavit. Doctus, dexter, Dioecesi aeque ac Praesuli suo addictissimus vir hic omnem quidem et in Aula, et foris movit lapidem, pluresque ac potentes sat nactus est causae, quam agebat, fautores, nihil tamen praeter spem, domum adtulit. Eppo vero, qui paullo post et ipse Wiennam petiit, spe etiam omni se frustratum iri praetimendum jam erat, cum ab Imper. Consilii Aulici Praeside, Excellmo Cajetano Blümegen, nomine Suae C. R. Majestatis, in forma sententiae coram ei intimatum esset: eum et in futurum Agriensi Eppo subjectum esse debere. Summa tamen consternatio, quae et pallore faciei et desperabundis poene Eppi verbis manifestam se fecit, in tantum Manistrum movit: ut is eodem ipso momento pollicitus sit, tenta-

turum se cuncta: quo Eppus voti tandem compos fieret. Et cessit profecto res e sententia et in Imperatoria Aula et Romae. Ad renovatas*) enim Clementissimae Reginae Mariae Theresiae preces Summus Pontifex Clemens XIV. hoc eodem adhuc 1770 anno. 24. Novbris in reerectionem Eppatus Munkacsiensis lubens assensum praebuit, insequenti vero 1771 anno 19. Septbis et Bulla canonisationis in lucem prodiit, pauloque post (23. Sep. e. a.) ipse quoque Ep. Joan. Bradács in Dioecesanum confirmatus est. Incredibili jubilo laetum hoc nuncium exceptum in Dioecesi nostra est; ast proh dolor! „extrema gaudii luctus occupavit"! Eppus enim proximo jam 1772. anno 5-a Julii, post brevem, vix septem dierum aegrotationem anno aetatis 38-o e vivis ereptus est. Munkacsini in aede Eppali, quam a Praedecessore suo erectam, ipse ad inhabitandum adaptavit. Sepultus in crypta Monasterii de monte Csernek.

Eppus Joannes Bradács Toriszkae (Cott. Scepus.) primam conspexit lucem. 1732. 14. Febr. e patre Simeone, viro saeculari, conditionis tamen liberae. (Sculteto) matre vero Catharina Viszloczky cognata Eppi Michael. Man. Olsavszky. S. Theologiam in Universitate Tyrnaviensi absolvit, quum vero durante cursu in Presbyterum ordinatus esset, ille, ultimus fors ex nostratibus est, qui alumnum agens obtenta in id altiori loco facultate, sacram Lithurgiam ritu latino celebraverit.**) Redux domum tradendae Theologiae Dogmaticae et Pastoralis per annos octo operam navabat, pauloque post ad dignitatem Archi-diaconi Cathedralis evectus, imo postremo Eppatus Mich. Man. Olsavszky anno in Vicarium quoque ejus generalem denominatus est.

E re erit meminisse: Eppo huic, praeter revindicatam Eppatus Munkacsiensis independentiam initia quoque Capituli in acceptis referri debere, quum eo auctore Altissimis Ordinibus pro septem Dioecesanis individuis, sub titulo Consistoralium annui per singulos 300 fl. rh. resoluti sint, ex quibus brevi postmodum, Cathedralis Ecclesiae Munk. Capitulum coaluit.

Demum memoriae causa adjicimus praeterea isthic: Eppo hoc Dioecesim gubernante, obtigisse nobis

raram illam fortunam: quod Augustissimus Imperator Josephus II. castra prope Munkacs perlustrans, Claustrum quoque Religiosorum de monte Csernek invisere, ac solenni per Joannem Bradács (in Festo Pentecostes 1770 1-a Julii) decantato Eppali Sacro interesse dignatus sit.

*) Prima eatenus Clementissima Reginae Mariae Theresiae repraesentatio SS. Pontifici Clementi XIII. anno 1766. 30. Aprilis erat substrata.

**) Difficile quidem creditu est: quomodo potuerit facultas ejusmodi concedi in obversum decreti Conc. Flor. et constitutionis Apostolicae, quae a SS. Pontifice Clemente XI. in sequelam precum Archiepiscopi Strigoniensis et S. R. E. Cardinalis Leopoldi Kolonics pari in merito, — anno 1705. die 9-a Maji emanavit, in qua districtim praecipitur: „ut tum Latini, tum Graeci, ritum ab Apostolica sede approbatum ita perpetuo custodiant, ut nemini tum Latinorum tum Graecorum liceat in consecrationibus sive in ordinationibus aut divinis officiis, aut in sacramentorum administratione, alium ritum ab eo cui primum addicti sunt usurpare sub quovis titulo vel praetextu, etiamsi inde spes propagandae aliquanto magis Catholicae Religionis affulgeret," — quum tamen id a Secretario olim Eppali et jurato una Consistorii Munkacsiensis Notario Michaele Lucskay, cui proinde omnia Dioecesana officiosa acta ad manus erant, summa cum securitate asseveretur, (Vide Manuscript. Mich. Lucskay. Tom. IV. pag. 210.) res haec quantumvis ea secus inverosimilis appareat, trahi vix in dubium potest. Moris erat aetate illa zelum tum in commonstranda tum in confirmanda S. unione, modo quo fieri potuit spectatiori reddere manifestum: unde non mirum: quod pium secus et laudabilem hunc nisum, in abnormi etiam i. e. contracanonica interdum forma sese exseruisse contigerit.

XXIII. **Andreas (Bacsinszky.)** (1772—1809.) natus in Benyatina, pago Cottui Ungh ingremiato, ex patre Theodoro, (nobili) ejusdem loci Parocho, anno 1732. 14-a Novbris. Studia gymnasialia apud PP. Jesuitas Ungvarini, philosophica vero et theologica Tyrnaviae exegit, 1753—1758. Suscepto S. Presbyteratu, in Cooperatorem primum, postmodum vero in Parochum Hajdu-

Doroghiensem, subin demum et in Archi-Diaconum Szabolcsensem denominatus est. Sublato e vivis Joanne Bradács, voto totius Cleri in Eppum electus, non multo post tam a Regina Maria Theresia (5-a Aug. 1772.) quam et a Romano Pontifice (25-a Januarii 1773. confirmatus quoque est. Sacro Eppatus ordine Viennae in Capella Regia, a Basilio Bosichkovics Eppo Crisiensi, in Suae Sacr. C. R. Majestatis, totiusque Augustissimae C. R. Familiae praesentia solenniter initiatus est.

Fuit Eppus hic socius et laborum et triumphi Praedecessoris sui Eppi Joannis Bradács, illo tamen multum felicior, tum quod parta jam Dioecesis independentia, plana ei et strata via progredi licuerit, tum quod diuturno quo rexit tempore, opitulante superno auxilio, cuncta ei secunda fuerint, in his, quibus ad provehendum temporale aeque ac spirituale Cleri populique bonum, tum opus erat.

Ea sane, quae Majoribus nostris, ab Antecessoribus Andreae Bacsinszky haereditate obvenerunt, prima solum erant germina, quibus, irrigante ea laudato Eppo, tanta Deus incrementa dedit, quae et summam omnium expectationem multum exsuperaverint. Ejus enim assidua ac efficaci opera, ex munificentissima Augustissimae Imperatricis et Reginae Mariae Theresiae Clementia, Eppatus bonis Abbatiae Tapolczensis dotatus 1775, Capitulumque e septem stallis constans fundatum 1776, et tum fundis intravillanis (Ungvarini) cum et condecenti salario provisum est. Abrogato porro Societatis Jesu Ordine, Ungvariensis eorum aedes pro residentia Eppali designata, ac una cum contigua eidem Ecclesia, novo fini convenienter, aere publico instaurata, imo Ecclesia haec facta exinde Cathedralis, et notabili insuper praedio (Konczhaza prope Ungvár) ac pecuniario etiam annuo subsidio dotata est.*) Arx dein Ungvariensis, mediante donatione Regia, eo pariter intermediatore Eppatui pro Seminario resignata (1775) admensaque et congrua annua dos pro intertenendo juniore Clero et justa simul salaria pro Superioribus et Professoribus Seminarii; quin numerus quoque fundationum pro alumnis in Seminariis exteris (Tyrnaviae, Pestini, Viennae) educandis, ad 36. sensim excrevit. Hujus porro ipsius Eppi curis ac conatui in acceptis referendum: quod et Cleri curati subsistentia verti

coeperit in melius, vigore enim, „Concertationis — ut ajunt — Bacsinszkyo-Festeticsianae“, singula in R. Camerali Dominio Ungvár sita Parochia dotis instar unam integram colonicalem sessionem, ac alia etiam insuper emolumenta accepit, (1791), quod idem et pro plerisque Parochiis Cottui Beregh ingremiatis ab Inclyta Familia Comitum Schönborn impetratum; imo in Comitatu Maramaros Excelsa Camera Regia cum jure onus quoque Patronatus omnium in ejatibus Cameraticis bonis exstantium Parochiarum in se assumsit: facta vero anno 1806 systematica proventuum Parochialium conscriptione, subsidium etiam Curati Cleri ad annuos 30000 flnos rh. elevatum est. Ut autem nihil reliquum sit: quod in recta patentissimae eotum Dioecesis administratione aut morae aut cujuscunque demum dispendii causa esse posset, — paterna perinde pluries fati Eppi sollicitudine exoperatum: ut praeter Maramarosiensem et Szathmariensem, tertius quoque Eppalis Vicariatus, Cassoviae crearetur 1790. qui tamen brevi Eperjesinum translatus, subseque vero (1816) ad Eppatum sublimatus est.

En! nihil fere antea habuimus, sub auspiciis tamen, faustissimoque regimine Praesulis hujus, rorante quasi super nos coelo, innumera prope, omnis generis beneficia, variaque, quae ad vitam et vigorem Dioecesis spectant, subsidia et adminicula cumulatissime nobis affluxerunt! Quibus si addatur praeterea: amplam satis Eppalem Bibliothecam (9000 circ. Tom.) exceptis quibusdam Eppi Mich. Man. Olsavszky libris, — libris item Jesuitarum, ex privata potissimum ejus Bibliotheca esse conflatam; — quantum autem ad usum linguae latinae adtinet, indefesso studio eo illum rem perduxisse: ut postremo (1809) Eppatus sui anno in domestico Seminario omnes theologicae disciplinae latina lingua tradi potuerint; — primum dein eum inter Episcopos nostros fuisse, qui titulo et dignitate Act. Int. C. R. Status Consiliarii dignus censeretur, (1780), primumque, cui sedem et votum in regni Comitiis — (cui tamen rei tres frustra Antecessores ejus insudaverant) — pro se aeque ac successoribus, (1789), imo votum quoque pro Capitulo (1790) exoperari fortuna obtigerit; — tum porro multum eum levandis spiritualibus Cleri perinde ac populi indigentiis. eo quoque prospexisse: quod et novum Catechismum con-

cinnari, edique fecerit, et sollicite una ac gnaviter institerit: ut Biblia sacra, quae nulla fere hic antea erant, lingua vetero — slavica, et aere quidem publico typis vulgarentur; (1804) tandem si in condignam — ut par est — considerationem sumatur: eum Archidiaconum adhuc strenuum se, omnique proprii commodi prorsus expertem immunitatis Dioecesis nostrae propugnatorem praestitisse, ac in revindicanda quoque independentia ejus operam haud mediocrem exantlavisse; — eximia dein in illo cum summa dignitate, animi quoque dona conjuncta fuisse: eruditionem, perspicaciam, affabilitatem, liberalitatem, modum conversandi spiritu et vigore plenum, imo salicus quoque interdum innocuis conditum, — quae cuncta quum multam ei apud summos gratiam, tum infucatum apud humiliores in se studium et amorem conciliarunt; — si meminerimus insuper admirabili eum facultate fuisse praeditum implicatissima etim negotia, ingenita sibi rara quadam ac beata facilitate examinandi et expediendi; dilexisse porro eum totis cordis sui medullis, — ut vere carnem de carne sua et os de ossibus suis — miseram nostram plebem, quin ideo partibus optimi Patriae civis vel in minimo defuerit; fuisse demum eum verum et ingenuum Ecclesiae Orientalis filium, prae omnibus, tamen et toto pectore Catholicum, — si omnia inquam, et haec et quae supra adducta sunt penitius expendantur: — nullum credo inficias iturum: Eppo Andreae Bacsinszky inter omnes, et qui praecesserunt et qui eum subsecuti sunt Praesules nostros, primas indubie deberi partes, qui una omni jure alter quoque Dioecesis nostrae Stator appellari mereatur!

Obiit plenus dierum anno 1809. 19-a Dec. Ungvarini, ubi in Mausoleo Ecclesiae Cathedralis ossa quoque ejus jacent!

Sit illi beata requies, maneatque memoria ejus semper!

*) Solennis Ecclesiae hujus consecratio 1780. 15-a Octobis in praesentia, ad actum hunc specialiter delegati Commissarii Regii, Excellmi ac Illsmi Comitis Stephani Andrásy de Sz. Király et Krasznohorka peracta est, a quo tempore Eppus, hic constanter residebat,

Capitulo et Seminario ante jam (1777) isthuc translocato existente.

XXIV. **Michael II. (Bradács**, consecratus Eppus,) (1809—1814). Fuit germanus frater Eppi Joannis condam Bradács. Natus in possessione Kamjonka (Cott. Scepus) 1749. 3-a Septbris. Absolutis studiis philosophicis et juridicis Clero juniori adlectus, (1772) exactoque Wiennae theologico cursu Presbyter ordinatus est. (1777.) Anno 1790, qua jam Canonicus in Cassoviensem Ep. For. Vicarium, a. 1799. in Praepositum Capituli, anno vero 1802. in tit. Abbatem de Sáros Monostra denominatus est. Ab anno 1808. vigore Altissimorum Ordinum, confecti jam senio Eppi Andreae Bacsinszky, Coadjutorem et Suffraganeum egit, consecratus eodem anno Magnovaradini ad titulum Ecclesiae Dorillyensis. Subsecuta 1809. antefati Eppi morte, regimen Dioecesanum in Canonicum Joannem Kutka, qua a Capitulo electum generalem Cap. Vicarium devolutum est, quo (1812) mortuo succesit ei in Vicariatu generali Capitulari supranominatus Praep. et cons. Eppus Michael Bradács, qui tum una sedem quoque suam Eperjesino Ungvarinum transtulit, brevi tamen mortuus (1814) cryptaeque Ecclesiae Cathedralis illatus est.

XXV. **Alexius (Pócsy.)** (1816—1831.) Viduata, morte Episcopi Andreae Bacsinszky Dioecesis, anno solum 1816. potuit in persona Alexii Pócsy, novo Pastore provideri, eo: quod mox a fatis mododicti Eppi occeptum, (1810 10-a Martii) dismembrationis Dioecesis Munkacsiensis negotium, supraindicato duntaxat anno, ad finem perductum sit, quo eodem anno, pro neoerecta quoque Dioecesi Eperjesiensi Eppus nominatus est. — Gregorius Tarkovics Vicarius antea generalis Capit. Dioecesis Munkacsiensis.

Alexius Pócsy fuit filius parochi, natus in pago Kokod (Cott. Bihar) 1753. Absoluto gymnasiali cursu Magnovaradini, theologico vero Wiennae, Sacro Presbyteratus ordine 1779 initiatus, pro cura animarum Aradinum dispositus est. Recrudescente interim Turcas inter et Austriam bello, munere Capellani castrensis fungebatur, (1789—1794) et ex parocho postmodum Makóviensi, primum Archidiaconus, tum vero (1800) Canonicus

Capit. Magnovaradiensis creatus est. Denominatus in Eppum Munkacsiensem (1816. 7. Mart.) confirmatusque a S. Apostolica Sede (1817. Aug. 11.) Sacrum Eppatus Ordinem (1817. 6. Novbris.) per manus Eppi Samuelis Vulkán Magnovaradini suscepit, peractaque insequenti anno (mense Januario) solenni in Eppatum installatione, tandem regere coepit. — Ad ejus preces, ejusque opera effectum: ut vigore Altiss'mi C. R. Decreti, Parochia gr. cath. Wiennensis ad S. Barbaram, ex Presbyteris Leopolitanae et Munkacsiensis Dioecesium per vices alternas Parochos haberet. (1820). Eo pariter agente Ordinibus Altissimis sancitum: ut in Seminario domestico Theologia Pastoralis lingua ruthena traderetur, quo sic alumni in lingua, qua iisdem in cura animarum instituendum erat, sufficientem sibi ejusdem usum comparare possint. (1821). Hoc eodem porro anno mense Junio, in Ecclesia Monasterii Krasznobrod Gregorium Tarkovics, suum olim in Scholis contubernalem, — senex senem — in Eppum consecravit, (Greg. Tarkovics septuagenarius jam tum erat), una vero et Synodum Dioecesanam celebravit, (Sept. 30. et mensis Octobris 1—2) Quamquam vero sat jam gravis aetate esset, interfuit tamen, tum installationi Archi-Eppi Strig. Pr. Pr. Alexandri Rudnay 1821. cum et Synodo Nationali Posonii (1822. mense Septbri) celebratae. Anno 1824. profectus Magnovaradinum canonice avulsas a Dioecesi nostra 72. Parochias (die 20. Septbris) solenniter resignavit. Anno 1826. in fundo Capitulari erexit proprio aere aedem pro Orphanis defunctorum Dioecesis Sacerdotum, quod competenti postmodum dote provisum actu floret; imo circa idipsum tempus notabilem quoque ex 6300 flor. c. m. constantem fundationem fecit, in favorem Docentium Scholae trivialis Munkacsiensis, cujus interusuria illis hodiedum annue obveniunt. Quum vero deficientibus ob senium in dies viribus administrandae Dioecesi vix jam sufficeret, nihilque ipsi de constituendo Vicario curae esset, ad clanculariam quorumpiam informationem, praemissa praevie inquisitione, injunctum ei ab Altissimo Loco est: ut quemdam e Capitularibus pro adjutore et generali Vicario sibi adlegere, eumque fine Altissimae Ratihabitionis designare velit; (1828. 9-a Decembris) Episcopus designavit hunc in finem Canon. Joannem Csurgovics, cujus

tamen confirmatio anno solum 1830. mense Julio supervenit.

Interest scire: sub regimine Eppi hujus a) subsidia Parochorum in Dominio Reg. Camerali Ungvariensi existentium, ita esse adaucta, ut ea, computatis singularum Parochiarum proventibus summam 300 flnorum conv. mon. aequaverint; b) Religiosos Ord. S. Basilii Magni, cum impense sed incassum pluries eatenus et hic et apud Primatem Regni oraverint: ut eis diebus licitis carnibus vesci liceret, sub regimine Eppi hujus via facti. tacito tamen — ut videtur — ejusdem consensu ab anno 1823. carnibus quoque uti coepisse, cum antea, in decursu saeculorum oleribus solum et lacticiniis et piscibus contentari debuerint; demum c) memoratu dignum illud quoque: quod erecta ex Parochiis antea Munkacsiensibus, nova Dioecesi Eperjesiensi, quo novus Eppatus eo commodius dotari possit, decretum: ut Eppus Munkacsiensis, ex superabundantibus — quemadmodum praetendebatur — Abbatiae Tapolczensis reditibus fundo Religionis 1972. flnos c. m. annue inferre teneatur, quod cum Eppus Alexius Pócsy, tempus saepius repetitis recursibus extrahens, — nunquam dum viveret, praestitisset, omnis ad 28.800 fl. c. m. excrescens summa, eo mortuo e residua illius substantia desumpta, praelibatoque Fundo illata est.

Mortuus est 1831.. 11. Julii (Ungvarini) cum vix biduo aegre decubuisset. Corpus ejus ob morbum pestilentiae, (choleram), qui ipsa die mortis ejus hic erupit, grassarique simul coepit, remota consveta secus solennitate, in omni silentio Cryptae Ecclesiae Cathedralis impositum est.

Fuit Praesul hic indolis pacatae, moribus integer, boni publici studiosus, plus tamen fors justo lenis et indulgens, ad finem vero vitae interdum et inconstans: — caetera Pastor et Pater bonus, qui cum dilexisset suos . . . in finem dilexit eos!

Requiescat in pace!

XXVI. **Basilius IV. (Popovics)** (1837—1864.) Intervallum temporis, quod ab excessu Alexii Pócsy, ad adventum usque Eppi Basilii Popovics effluxit, atro satis nonnulli notant calculo, ob odia potissi-

mum, intestinasque simultates, quae partim clam, partim aperta tum hic fronte agitabantur. Non tamen desunt una, quibus Vicariatus Vic. Gen. Cap. Dr. Joannis Csurgovics, (1831—1837) multis sub titulis merito commendetur. Sub regimine enim docti hujus viri, — qui et perspicax erat consilio, et fortis simul in re, cuique (si pauca demas) proprium insuper erat aequa omnia metiri lance, — nec copia laboris ingenio, nec condigna juste labori laus et praemia unquam defuerunt. Idem porro totis, quibus valuit viribus impigre jugique ac inflexibili constantia enitebatur, ut quod crassi, tardioris aut incompti, vel quodcumcunque modo obsoleti aut praeposteri ex superioribus saeculis in Clero adhuc exhaereret, id forti ac perita una ejus manu excoleretur et perpurgaretur; — nihilque demum intentatum reliquit, quo Clerus noster et externo, neglecto satis antea habitu, et scientifica eaque sacra simul et profana cultura, tum gravissimi ecclesiastici muneris, cum et progredientis aevi indigentiis in dies magis respondere quiret. Vix tamen admota operi manu, vir hic in quo tantae spes erant, cum proximus jam Cathedrae esset, maleversatarum quos invidi quidam inimici, toto Vicariatus ejus tempore indesinenter texuerant artium, tandem victima cecidit! Placuit nihilominus Deo, provido omnium Patri et ex hoc malo bonum pro nobis elicere, regimen enim Dioecesanum anno 1837. in manus ejusmodiviri transivit, qui coepto per Praecessorem suum Joannem Csurgovics regenerationis Dioecesis nostrae operi persequendo, par per omnia erat, quin in multis et conceptam de se expectationem multum excessit.

Plurima profecto sunt, quae Dioecesis nostra Eppo Basilio Popovics in acceptis referenda habet, quorum tamen, perbrevis solum isthic memoria fieri potest.

Et primum quidem e clarioribus ejus inceptis est: quod erectam ab Episc. Alexio Pócsy Orphanotrophialem aedem, quae decennio supra vacua hiabat, conflato confestim, e benevolis oblatis Fundo, pro orphanis Sacerdotum aperuerit; (1840) salutaribus porro statutis, quae in Synodo Dioecesana (1841 Juni 3.) ejus sub praesidio eoque potissimum auctore perlata sunt, eo res perducta est: ut ex pia Cleri munificentia et subsidia viduarum orphanorumque sa-

cerdotalium pariter ac cantoralium, per vices annorum augerentur, et ipsa etiam respectivorum Fundorum Capitalia, majora semper incrementa caperent, ad finem vero regiminis ejus (ex 40 millibus) ducentorum prope millium florenorum summam exaequarent. Ejus dein curis et studio attribuendum et id: quod Eppatus ab onere pendendorum annue in Fundum Religionis 1972 florenorum, mox ad initium occepti per eum Praesulei muneris relevatus sit, quod ipsum ansam una ac copiam ei praebuit: ut modestam satis et angustam Episcopalem domum propriis sumptibus notabiliter perinde ac magnificenter ampliaret, quin aut durante opere molestus eatenus Loco Altiore fuerit, aut postmodum abinde, titulo resarcitionis quidquam obtinuerit. Exardescentibus anno 1848 intestinis turbis, in ancipiti hoc, neque periculis vacuo rerum statu, quo Rex et Regnum et animis et armis ab invicem divisi erant, ita eum partes et civis, et subditi obiisse vidimus, ut revecta pace, et fidi Patriae filii gloria perfrui meruerit, et conventus lite ab omni prorsus reatu absolutus, imo postmodum, in signum Altissimae Complacentiae Regiae ad dignitatem quoque Actualis Intim. C. R. Status Consiliarii evectus sit. (1863) Ejus porro sub auspiciis, eoque cumprimis agente, Clerus curatus ab antiquo jam anxie prospectatam, dudumque admissam, congruam Parochialium Beneficiorum e Fundo Religionis dotationem, (1849—1752) Praepositus Capituli crucem, (1843) Capitulares insignia, (1862) Assessores Consistorii et Vice-Archidiaconi distinctas (rubras) zonas, (1854) Institutum Praeparandiae aedem, Professores Theologiae domus quarteriales, instaurata vero Cathedralis Ecclesia 1858. condecentem decorem acceperunt, numerusque una et Ecclesiarum, et aedium Parochialium ex solidis materialibus exstructarum, — quae rarae admodum apud nos antea erant, — inaudito adusque exemplo, eo pro gubernaculis sedente, ad centena pedetentim excrevit!

Demum in censum meritorum Eppi hujus referenda praeterea sunt: quod Catechismus Dioecesanus major, sub Andrea adhuc olim Bacsinszky, per Joannem Kutka Canonicum confectus, typisque procusus, per eum (Bas. Popovics) revisus, ejusque ipsius manu, quantum id e re esse videbatur, perpolitus ac paulisper ampliatus

quoque sit; — quod porro in Cancellariam Regiminis Dioecesani, ejus pariter nutu et patriae (hungaricae) et vernaculae (ruthenicae) lingvarum usus invectus sit, quin tamen ideo usum ibi linguae latinae penitus exolescere oportuerit; — tandem quod in locum pervetusti (Mich. M. Olsavszkyani) stolae, et aliorum parochialium proventuum Schematis, quod secus etiam, ipsa jam aetate, tum vero et irrepescente quaquaversum abusu, omni jam pene vigore destitutum erat, eo itidem adcurante novum, indigentiis tum Cleri, tum fidelium adcommodatum Schema concinnatum publicique pro Dioecesi nostra juris effectum sit. (1863) — Quo tamen immortalis alioquin memoria ejus, apud remotissimos etiam posteros, eo gratior ac gloriosior reddetur est: quod recte eo Dioecesim feliciter procurante, ejusque ipsius voto, et complausu (1848) sub jugo servitutis a saeculis gemens miser populus noster, casu vere insperato et tanquam dono coelitus delapso, ex consociata nunquamque satis recolenda Regis et SS. ac Ord. Regni magnanimitate, una cum reliquis ejusdem conditionis regni incolis, a durissimo dominalium, aut — ut dici amat — urbarialium laborum et praestationum onere relevatus, inque plenam civium libertatem vindicatus sit!!

Ast praeter facta, non minus laudant Eppum Basilium Popovics, dotes quoque animi, quae eximiae omnino simulque et fons erant, unde et ea quae fecit, manaverunt. In Scholis enim gymnasialibus semper et ubique (Mármaros-Sziget, Nagy-Károly, Ungvár) eminuit. Ex disciplinis philosophicis (Pestini) lauream Doctoris tulit, quem gradum haud dubie, ex Theologia quoque (cui Pestini perinde vacabat) reportaturus erat, nisi susceptis S. ordinibus Cooperatorem M.-Szigethini agens, spe et voto studia sacratiora Viennae, in Instituto Augustinianeo prosequendi frustratus esset. Supplevit tamen honorem res, quum in vulgus notum sit, eum et non Doctorem doctum omnino fuisse Theologum; cujus quidem, quemadmodum et aliarum tum mentis, tum cordis dotum, in munere Secretariatus Eppalis, (1822—1837. Eperjesini) ac magis adhuc in diuturno Eppatu (1837—1864) luculenta sat, eaque locupletissima prodidit specimina. Ingenium acre, litterae, consilium, labor, gravitas, constantia, moderatio et gratia; cura porro disciplinae ecclesiasticae, zelus

in sacra, singularis in servandis et urgendis jejuniis fervor et religio; exacta ritus et consuetudinum Ecclesiae orientalis scientia, summaque in iis manutenendis fides et vigilania, pia dein in Praepositos pietas et observantia, favor item et beneficentia in egenos, paternusque vere amor in omnes; verbo cuncta, quae in summo Fidelium Rectore, et Pastore, Sacerdote item et homine desideramus, tam in eo concinne in unum conspirarunt, ut is merito **forma Sancti quem pascebat dominici gregis haberetur.***)

Quantum Praesul hic viribus animi valuerit, quantaque ei idcirco et domi et foris existimat'o fuerit, id vel inde conjectare licet: quod cum a communitate Fidelium oppidi Hajdu-Dorogh, quod primarium apud nos curatum beneficium est, juvenis adhuc, vix octo annorum Presbyter, pro Parocho ejate praesentaretur, nec hic (Ungvarini) **resusceptionem**, nec ab Eppo suo Eperjesiensi **dimissionem** impetrare potuerit. Hic timor fors arcere, ibi autem amor eum aut arctior quam cum sene Eppo habebat consuetudo, aut certe ratio commodi Dioecesis retinere conabantur. Opposita tamen haec studia ad eundem conduxerunt finem, arcano indubie consilio Dei, qui insectatum — ut apparebat — ab utrinque juvenem Ecclesiasticum, ex eodem humili satis, quem tum obtinebat gradu, ad amplius mox munus evocaturus erat, ut nimirum qua supremus Pastor in capite omnium Dioecesis nostrae Parochiarum constitueretur. Atque summa haec de eo opinio, in Cathedram quoque Eppalem e vestigio eum comitata est, imo crescente aetate et ipsa crevit. Quamvis autem nec ei defuerant, — ut assolet, — qui aut livore, aut errore laborantes, non iis in eum quibus oportuit studiis ferrentur, nullus tamen eo insolentiae processit, ut aut **adolescentiam ejus, in ipso ad Eppatum introitu contemnere attentaret**, aut postmodum insignes — ut vere erant — animi ejus dotes parvi aestimare in animum induxisset: — post mortem vero ejus, una omnium fere vox erat, eum et ob ea **quae ipse habuit,** et quae suo beneficio, **Dioecesim habere fecit,** dignum omnino esse, cujus nomen, et memoriam pari cum his, qui optime de Dioecesi nostra meruerunt, — honore, et gratitudine prosequamur et celebremus.

Non erit fortasse supervacaneum animadvertere isthic: hoc sub Eppo, ultroneoque ejus consensu anno 1856. 94. Parochias fuisse Dioecesi nostrae ademptas, neoque erectae Dioecesi Szamosujvariensi adcorporatas; tum magnificam gr. c. Ecclesiam oppidi Munkács, Sedis antea Epporum Munkacsiensium, eo pariter regente, eodemque loco, quo aedes olim Eppalis erat, esse erectam, et ita quidem, ut principales pristinae Eppalis domus muri, partem nunc Ecclesiae constituant, quae illo ipso sacris fungente consecrata quoque solenniter est. (1859 die 27-a Augusti.)

Natus est Eppus Basilius Popovics in pago Komjáth (Cott. Ugocsa) e parentibus Georgio Popovics ejate Parocho et Maria e nobilibus Lengyel 1796. 12-a Septembris. Consecratus in Presbyterum 1820. 10. Aprilis. E Dioecesi Munkacsiensi transivit in Eperjesiensem 1822, ibique ex Secretario Eppali unaque Notario Consistoriali 1835 3. Decembris Canonicus Cantor creatus, 1837. dic 16-a Martii in Eppum Munkacsiensem denominatus, die 2-a Octobris 1837. confirmatus, 18. Marti 1838. (Leopoli) consecratus, ac tanden die 19-a Aprilis ejusdem anni installatus est.

Obiit, qua Nestor eotum Episcoporum Provinciae Metrop. Strigoniensis 1864. 19-a Octobris. Corpus ejus in Crypta Eccl. Cathedr. reconditum quiescit!

Lux perpetua luceat ei!

*) „Cunctis vitae officiis aequabilis, opum contemptor, recti pervicax, constans adversus metus.“.. Haec quoque, quae Tacitus Hist. libr. IV. Cap. V. de Helvidio Prisco dicit, — apprime ei conveniunt.

XXVII. **Stephanus (Pankovics.)** (1866—1874.) Cathedra Eppalis a morte Episcopi Basilii Popovics biennio fere vacavit. Quamquam vero denominatio novi Episcopi, praeter omnium opinionem, in persona Stephani Pankovics, in virum ejusmodi inciderit, qui exactis theologicis studiis nullo exinde ecclesiatico in Dioecesi munere functus sit — eventus tamen brevi docuit: a „Domino factum esse istud, quod mirabile (tum) erat in oculis nostris“ . . . Nos ipsi sane vidimus, inque recenti omnium memoria est: nihil fuisse prae-

laudato Praesuli, a primo mox ejus ad amplissimum hoc munus aditu, sive prius seu antiquius, quam prodesse his: qui „dati sunt ei de mundo“ . . Denatus Praesul crebrius, pro re nata, solitus erat palam praedicare: eousque solum se vivere velle, quoad id, e re creditae sibi Dioecesis foret; — et verba vere reddidit factis, nam cum summa ei et fides, et gratia, et apud summos Regni Magistratus, et ipso Altissimo Loco esset, tanta nobis eo intermediatore intra breve temporis spatium, omnis generis beneficia obvenerunt, ut intimo gratitudinis sensu, admirabundi, plus simplici vice, vel inviti conclamaverimus „talis decebat ut esset nobis Pontifex“! Placet tamen ire summatim saltem, per singula. — Salaria Capitularium, quae tenuia satis antea erant, bis ejus rogatu notabiliter adaucta sunt. Aedes porro Orphanotrophii **masculorum**, subsidio e Fundo Religionis impetrato (7000 fl.) instaurata, Orphanotrophium vero Dioecesanum **puellare** praeexistente jam, finique una congruentissimo aedificio (perprius camerali) donatum est, cujus pretium nunc 30,000 flnos facile exaequat. Domus praeterea Episcopalis, in qua tum circa fundamenta, tum circa interiorem ejus coordinationem, defectus quidam, a rei peritis observabantur, efflagitatis desuper supraque spem notabilibus (40,000 fere fl.) impensis, in securum juxta ac commodum et condecentem per omn'a, statum perducta est. Seminario etiam domestico, quod ob caritatem esculentarum cumprimis mercium, in extremas prope angustias identidem redactum erat, eo regente, eoque pariter instante pluries ex Aerario F. Religionis subventum. Erectio porro novi For. Vicariatus Hajdu-Doroghiensis (cum annuo 3000 fl. salario), tum dotatio melior (2000 fl.) Vicariatus For. Máramarosiensis, novaque perampla et percommoda domus, quam medio cambii Excelsum Aerarium Reg. Parochiae M.-Szigethiensi cessit, — annua item Archi-Diaconorum (200 fl.) honoraria, ac augmenta insuper salarii Professorum Theologiae, officialiumque V. Regiminis Dioecesani, ejus perinde sollicitudini in acceptis referenda sunt. Demum — ut alia hic loci silentio praetereamus, — nulla potest, in anteacta Dioecesis nostrae aetate produci periodus, in qua tot Parochis, totque Ecclesias. Scholas aut domus Parochiales aedificantibus parochialibus communitatibus tanta, tamque

crebra subsidia essent ex Fundo Religionis resoluta, quam id nobis, annis proxime elapsis experiri fortuna obtigit, ut adeo Episcopus hic, hoc numero, solo Ep. Andrea Bacsinszky dempto, consonis omnium suffragiis, omnibus reliquis, — nemine certe contradicente, — merito antecponendus censeatur.

Quod autem Praesule isthoc adnitente ex publico factum, idipsum idem, et privatus lubens fecit. Ejus munificentia in Fundos Institutorum Dioecesanorum, in Ecclesias miserius dotatas, in egenos cujuslibet conditionis, liberalitas denique et hospitalis animus in omnes, omnium ex ore, actu quoque, publice ac ubivis personant, et celebrantur. Episcopi Profecto Stephani Pankovics, cor, domus, mensa, opes, officia in tantum semper omnibus patuerunt, tamque profusa is persaepe manu, in dignos aeque ac ingratos, optimi cordis sui thesauros incessanter dispensare perrexerat, ut hoc obtutu et justos interdum limites excedere videretur. **Si multum illi fuerat, tribuit is** vere **abundanter!** (Tob. IV.)

Sique his, — quorum et modo, et ante meminimus, — addamus praeterea: singularem Episcopum hunc, in ea quae decorem domus, et cultus Dei adtinent, zelum, summamque in doctos aut secus bene de Dioecesi meritos viros, observantiam ac paternam sane in fideles filios teneritudinem, irremissumque in comparandis, et provehendis omnis generis Cleri et populi commodis — studium et constantiam praesetulisse; tum summo eum in patriam amore flagravisse, partesque idcirco boni Patriae civis, pro virili semper exegisse, inque homagiali simul, eaque pientissima in Patrem Patriae, Summum Regni Principem, universamque Augustissimam C. R. Domum adhaesione ac subditali vere, simulque devotissima fidelitate, paradigmatis instar et exemplaris, et nobis et cunctis praeluxisse; — demum desvescentem jam prope usum quoque saluberrimi in Ecclesia, **visitationum Canonicarum** instituti, ad novum eum vigorem resuscitasse, eademque fidelia copiam una nactum esse: ut ea quae per lustrata passim loca *d e c e r a n t*, *c o r r i g e r e t*, (Tit. c. I. v. 5.) — omnique insuper virium contentione et evigilavisse, et adnisam una esse: ut S. cum Eccle-

sia Romano-Catholica unio, quam semel perditam rursus revehere, tanti condam Patribus nostris constitit, adversus quaslibet inimicas et artes et nisus, omnemque adeo speciem periculi in tuto prorsus collocaretur, imo in ipsa etiam praemeditata per eum, Calendariorum (Greg. et Jul.) unione, id illi unum, et consilii et curae fuisse, ut suprameinorata Fidei unio, sarta tectaque conservaretur, ac etiam — si eo quidem opus esset, — in dies magis invalesceret, ac corroboraretur; si cuncta — inquam — haec paulo consideratius — ut oportet — animo percensuerimus, non mirum profecto videri potest: condignas ei et domi, apud omnes aequos rerum arbitros, tum laudes tum grates — et amplissimos una ab Ipso Altissimo Loco honores et subsellia obtigisse, cum is — ut omnibus notum — ad ipsa mox Eppatus sui initia, primum quidem in Commendatorem I. O. S. Stephani Regis clementissime denominatus sit, postmodum vero ob merita, quae ut civis perinde ac Ecclesiastica posuerat, ad dignitatem quoque Actualis Intimi Suae C. R. Maj. Status Consiliarii, evehi, magnaque una Ord. Fer. Coronae cruce condecorari meruerit!

Dolendum: quod Episcopo huic, qui tam brevi, quo rexit tempore, tanta in gloriam Dei, emolumentumque crediti curae suae populi exantlavit, et in quo tanta insuper in futurum exspectatio erat, — cum in procinctu propemodum laborum esset, inscrutabili Dei cuncta sapientissime providentis consilio morte vere praematura, vita hac decedendum erat!

Natus est Episcopus Stephanus Pankovics in possessione Velejte (Cott. Zemplén) anno 1820. 29-a Octobris, ex Patre Petro ejusdem loci Parocho, quem cum infans adhuc una cum matre Theresia Balugyanszky amisisset, stipe a consanguineis obtenta aegre solum gymnasialem, philosophicum, et theologicum cursum emetiri potuit (S. A. Ujhelyini, Szathmárin., et Ungvárini). Absolutis Scholasticis studiis, diu privatum apud illustriores Regni familias herulorum Informatorem egit. Anno 1865. ad Excels. R. H. A. L. Consilium in Sect. Schol. applicitus, eodemque anno in tit. (S. Mich. Archang. de Körtvélyes) Abbatem promotus, insequenti 1866. anno 14. Septbris in Episcopum Dioecesanum Munkacsiensem

clementissime denominatus, anno 1867. 22-a Febr. confirmatus. 5-a tandem Maji 1867. consecratus, ac 16-a e. m. et a. solenniter installatus est.

Interest scire: primum eum in Munkacsiensibus Episcopum fuisse, qui oecumenico Ecclesiae Concilio (Vaticano) adfuerit, primumque post Epp. Joan. Jos. de Camillis, qui Romam et Papam viderit, unicum denique hactenus, qui constitutus in agone, cum benedictione a SS. Pontifice Pio IX. impetrata devote in Domino obdormiverit! (29. Aug. 1874.)

Funus ejus, cum in sepulchrum reconderetur, tam frequens et solenne erat, ut olim introductio, cum Cathedram Episcopalem conscenderet.

Alte cordibus nostris impressa manebunt verba, quae et Symbolum illi dum viveret, et vale nobis dum moreretur, erant:

„Deus, Patria, Rex!“

Nos vicissim beatam ei in sanctis requiem comprecamur, maesto quidem at et grato una animo, illud de eo Sapientis praedicantes:

Consummatus in brevi, explevit tempora multa.

(Cap. IV. v. 13.)

XXVIII. **Joannes IV. (Pásztelyi)** (1875.) Natus 1826. 8-a Maji Velejtini, in Comitatu Zemplén. Genitor ejus erat Parochus loci, perinde Joannes e nobili familia Kovács de Pásztely oriundus. Mater vero Anna Pankovics germana soror Praedecessoris sui Eppi Stephani condam Pankovics. Suscepto S. Presbyteratus Ordine a. 1849. Huszthensis primum interimalis Administrator erat, subin vero a. 1863. in Districtus ejusdem cognominis Vice-Archidiaconum, tum in Archi-Diaconum Comitatus Máramaros 1867. dein in Vicarium For. Máramarosiensem 1869. ac in Parochum una Máramaros-Szigethiensem 1870. denominatus, insequenti vero 1871. anno dignitate quoque titularis Abbatis clementissime condecoratus est. Annis 1869—1872. munere Ablegati in Comitiis Regni, e

parte electoralis Districtus Huszthensis (Cott. Maram.), fungebatur, simul autem authonomico etiam Catholicorum Hungariae B.-Pestini asservato Congressui 1870. qua Deputatus Cleri Dioecesani Munkacsiensis interfuit. Qui ipse demum anno 1874. 25-a Novembris in Cathedram Episcopatus Dioecesani Munkacsiensis gratiosissime sublimatus, pergravia nunc opitulante superno auxilio, vocationis Episcopalis munia, obire sustinet! — Cui Deus T. O. M. una cum illustri sua Domo, Cleroque et fideli populo propitius benedicere, salvumque eum ac incolumem quam diutissime conservare dignetur!

J. M.

Notatu digniora, quae a tempore editi anno 1876. Schematismi, in Dioecesi evenerunt.

I. In decursu annorum 1876. et 1877., unitis Episcopi Dioecesani et Capituli curis, Ecclesia cathedralis, tum e subsidio ex Fundo Religionis impetrato, tum e proprio suo peculio, extrinsecus, ex toto instaurata est. Uberiora desuper vide in Schematismo isthoc pag. 11.

II. Anno 1876. pretio 4746. florenor. a. v. comparata est, in usum cath. Ecclesiae, magnifica 46 centenarios appendens campana, quae in benedictione nomine „Joannis“ insignita, e turri Ecclesiae orientali, in qua collocata est, potenti ac sonora simul voce sua, in amoenissimo cum reliquis minoribus campanis concentu, ad solatium et aedificationem fidelium, laudes nunc et magnalia Domini canit.

III. Anno 1876. die mensis Maji 21-a sua Praesulea Illustritas, Eppus Dioecesanus, in Ecclesia cathedrali, in magno et gremialis et curati cleri populique confluxu, intra sacra Episcopalis Lithurgiae solennia, cooperante Eidem Consecratore-Socio, Illustrissimo ac Rdissimo Domino Georgio Császka, Eppo Dioecesano Scepusiensi, — contulit sacrum Eppatus Ordinem neonominato neoque confirmato cath. r. gr. Episcopo Eperjesiensi, Illustrissimo ac Reverendissimo Domino Nicolao Tóth.

IV. Anni 1877. mense Augusto pie in Domino celebratum est isthic saeculare primevae Installationis, erecti anno 1776. C. E. Capituli — anniversarium. Festiva haec solennitas in tertium plane exivit diem. — Et die quidem 25-a Augusti pro defunctorum, in defluxu mox elapsi saeculi, SS. Pontificum, Regum, item et

Reginarum nostrarum omniumque Augustissimae Imperantis C. R. Domus Membrorum, tum omnium Dioecesis Metropolitarum, Episcoporum et Canonicorum — animabus, solenni „de requiem“ sacro parentatum!

Die vero insequente (26. Augusti) in memoriam Installationis protodenominatorum olim Ecclesiae cathedralis Canonicorum, quae in hac eadem Ecclesia, hacque ipsa die ante annos centum peracta est, — in quatuor stalla, quae casu tum vacantia erant, — unus quidem recenter denominatus, tres vero promoti per gradus capitulares Canonici solenniter introducti sunt.

Die tandem 27-a m. Augusti, quae in festum Obdormitionis S.S. Dei-Genitricis Beatissimae Virginis Mariae incidit, solenne sacrum decantatum est, Pontificante ipso Dioecesano Episcopo, concelebrantibusque omnibus Canonicis, qui quemadmodum olim, in primo Capituli principio, pleno et nunc (septenario) numero erant. Intra Sacra missarum solennia, duo Canonici, lingva dupplici (hungara et ruthena) pro concione dixerunt. Ectenias (collectas) tum deprecatorias tum gratiarum-actorias, Sua Praesulea Illustritas absolvit, simul vero et „Te Deum laudamus“ intonavit; — qui sacer hymnus una Solennitati quoque finem fecit.

Multum contulit, ut pio et secus gaudio exultantia corda nostra magis adhuc erigerentur et incalescerent, tum Benedictio, quam nobis ex ansa supradicti saecularis Jubilaei. Summus sanctae memoriae Pontifex Pius IX. dtto 13-ae Augusti a. 1877. elargiri dignatus est; — tum vero Altissima Salus, quae ex Augustissima C. R. Aula, ipsa extrema Solennitatis die (27. Aug.) exactis jam sacris, intra mensam, ad manus Episcopi perlata est.

Subjungitur isthuc et copia Rescripti Pontificii, cujus authographum, proprio praelaudati Summi Pontificis chirographo ornatum, Testamenti et haereditatis una loco nobis est; — et telegramma, quo ex obtutu Capitularis Jubilaei, Altissimae universo Dioecesano Clero Suae Sacratissimae C. R. Majestatis grates et vota clementissime exprimuntur.

A)

„Venerabili Fratri JOANNI Episcopo Munkacsiensi Ruthenorum. Ungvárinum — Hungaria.

Pius P. P. IX. Venerabilis Frater, Salutem et Apostolicam Benedictionem! Dum malis undique premimur, quibus graviora etiam accessura videntur, Venerabilis Frater, animadvertere iuvat. Ecclesiam, licet ubique ferme divexatam, crebros e suis fastis proferre dies, qui catholicos erigant animos et ad laetitiam revocent. Huiusmodi profecto erit Dioecesi tuae dies vicesimus septimus hujus mensis, qui saecularem referet memoriam primi Episcopi isti populo concessi. Piissime propterea tu cum Capitulo tuo et fidelibus hunc diem augustiore pompa celebrare constituistis, et de hujusmodi beneficio, quod merito huic Sanctae Sedi et eximiae olim Hungariae Reginae Mariae Theresiae refertis acceptum, effusas Deo agere gratias. Qua sane re dum non mediocriter laetamur, magis etiam gaudemus, vos id Nobis nunciare voluisse, ut preces nostras pro ista Dioecesi et universa Ecclesia iungeremus vestris. Perspicuum enim in hoc voto studium videmus, amantissime ceteroquin et diserte significatum ab epistola tua, adhaerendi semper arctius Christi Vicario, ut, ipso gubernatore, tot inter procellas securi procedere et ad salutis portum pervenire valeatis. Tempora certe agimus plena periculi, in quibus datum videtur humani generis hosti nihil non moliri, quo compagem Ecclesiae scindere possit ac dissolvere: scilicet, ut eam, si possibile foret, evertat, aut saltem illos quos a visibili ejus Capite divulserit, secum in perditionem trahat. Id itaque sedulo curate et enixe poscite a Deo, ut caritatis ignem in vobis vividius succendat, quo et invicem jungamini validius, et obstringamini firmius huic unitatis catholicae centro; atque ita desiderium implentes

divini fundatoris Ecclesiae, qui voluit discipulos suos omnes in se unum esse, mereamini ab eo auxiliis omnibus sustentari, copiosisque cumulari gratiae muneribus spiritualibus et temporalibus. Haec vobis toto corde adprecamur, dum superni favoris auspicem et praecipuae Nostrae benevolentiae pignus tibi Venerabilis Frater, totique Clero et populo tuo Benedictionem apostolicam peramanter impertimus. — Datum Romae, apud S. Petrum die 13. Augusti 1877. Pontificatus Nostri Anno Tricesimosecundo. Pius P. P. IX. Concedimus pro die 27. Augusti Indulgentias plenarias pro vivis et defunctis omnibus Christi fidelibus devote visitantibus Ecclesiam Cathedralem servatis ordinariis conditionibus."

B)

„Wien, 27-ten August. 1877. Seine K. und K. apostolische Majestät haben die Anzeige über das Stiftungsjubiläum des griechisch-Katholischen Bisthums von Munkács, und die aus diesem Anlasse zum Ausdruck gebrachte Loyalitätskundgebung des gesamten Diöcesan Clerus huldvollst zur Kenntniss zu nehmen, und zugleich allergnädigst anzuordnen geruth, dass letzterem die Allerhöchste theilnahme und der Dank Seiner Majestät ausgesprochen werde".

C)

Perennis memoriae gratia sit hic et Documentum: quo V. Dioecesanum Regimen nostrum, suo tempore et de adventante saeculari hujatis Capituli Jubilaeo relationem Romam praestitit, et Benedictionem simul Pontificiam, ex occasione hac, pro parte cleri et populi efflagitat.

Beatissime Pater!

Capitulum Cathedralis Ecclesiae Episcopatus Munkacsiensis, — quod sub glorioso Summi condam Pontificis Pii VI. gubernio, a piae et gloriosae memoriae Imperatrice et Regina Hungariae Apostolica, Maria Theresia anno 1776. die 25. Octobris erectum et dotatum, anno vero insequenti 1777. die 26-a m. Augusti in Vigiliis Festi Obdormitionis Sanctissimae Deigenitricis Beatissimae semperque Virginis Mariae, canonice introductum est, — hujus suae introductionis saeculare anniversarium die 27-a m. Aug. a. c., — ea potissimum de causa, festiva solennitate in Domino celebrare intendit, ut, et condignas Omnipotenti Deo pro acceptis, tam longa annorum serie, varii generis beneficiis, grates referat, utque simul novas in futurum pro eodem Capitulo gratias, ab Eo efflagitet; — quod pium praefati Capituli consilium pro ratione Episcopalis mei muneris Sanctitati Vestrae praesentibus hisce humillime notum facere sustineo.

Quamvis autem faustissimum id certe in rem nostram omen sit, quod saeculare supradesignati Capituli Jubilaeum in eundem incidat annum, quo et gloriosissimum Episcopale Sanctitatis Vestrae Jubilaeum exultabundi nuper celebrabamus, — quum tamen parte ab altera et mihi et laudato supra Capitulo persuasum intime sit: tum nos solum tanto pietatis operi, composita omnino mente, certaque desiderati successus spe, manum admovere posse, si et gratiarum actio et deprecationes nostrae interveniente Sanctitate Vestra, ceu Summo in terris Deum inter et homines Mediatore, et tanquam per sacras Sanctitatis Vestrae manus ad altissimum Supremi Numinis thronum ascenderint, — pro filiali eaque pientissima in Sanctitatem Vestram fide et fiducia, flexo devote poplite, Sanctitatem Vestram hisce demississime exoro: quatenus enixis pluries memorati Capituli votis et precibus conformiter, — eidem Capitulo, — dum idem, exacto feliciter primo existentiae suae annorum centenario, ad limen proxime jam instantis

novi, in vita sua secculi, — constituitur, in signum ac pignus et Vestrae et Divinae simul benevolentiae, Apostolicopaternam Vestram benedictionem benignus elargiri, summaeque hujusce ipsius gratiae me quoque, nec non et universos vigiliis meis concreditos fideles meos, — cum omnibus alioquin nobis idem cum Capitulo circa praemeditata Jubilaearia sacra studium eademque sollicitudo sit — clementissime compotes facere dignetur! Nos etiam Beatissime Pater, — ut id per se cuique patet — **in vacuum** omnino **curreremus** (Gal. II. 2.) vanaque, imo temeraria omnia consilia nostra forent, si absque spirituali ardenter a nobis exoptatae Paternae benedictionis Vestrae confortamento, ac una praesidio, instantem novam pro Capitulo totaque Dioecesi nostra temporis periodum exordiri non vereremur, quum praesertim notum nobis e sacra Evangelica historia sit: **nihil olim discipulos nocte tota laborantes cepisse, quod nulla eis de ope Christi cura fuerit, — dum** contra Simone, Principe Apostolorum, **in verbo Christi-Praeceptoris rete laxante, iidem discipuli multitudinem piscium concluserunt.** (Lucae V.)

En! ejusmodi et nos a Sanctitate Vestra, — tamquam divini Praeceptoris nostri Christi in terris Vicario — Verbum nunc fidentius exoramus anxiique simul in illud prospectamus, ut Tuis dein sub auspiciis Teque Duce ac Supremo Gubernatore aestuo fluctibus, scopulisque referto imminentis futuri saeculi pelago, spiritualia véla nostra securi committere valeamus.

Qui caeterum in testimonium ac tesseram filialis perennisque meae erga Sanctitatem Vestram pietatis et adhaesionis, ante Apostolicum Clementiae Vestrae Thronum provolutus, piisque ac acceptissimis Sanctitatis Vestrae ad sacrosanctam Dei aram precibus humillime commendatus, in devotissimo s. pedum osculo una cum Capitulo, omnique fideli populo meo, vivo et emorior.

Ungvarini die 27. Julii anno Domini 1877.

Sanctitatis Vestrae

obsequentissimus filius:

Joannes Pásztelyi

Episcopus Munkácsiensis.

V. Annis 1876. et 1877. in area Seminarii, expensis e Fundo Religionis gratiosissime resolutis, principali Seminarii aedi contiguum, ad tria tabulata, aedificium erectum est, cujus pars suprema Dormitorium nunc alumnorum est, media Bibliothecam Seminarii in se continet, infima denique famulitio Seminarii locum praebet.

VI. In exitu anni proxime elapsi, ad nutum et Ordines Suae Praesuleae Illustritatis Dioecesani Episcopi apertum est in aula Episcopali spatiosum satis cubile, pro recipiendis et conservandis singularioribus naturae et artis productis, quae in ambitu Dioeceseos et hactenus jam collecta sunt et exinceps reperientur. Faxit Deus! ut tenuia haec Musaei Dioecesani initia, in decus Dioeceseos communeque patriae bonum uberiora in dies capiat incrementa!

VII. Anno 1878. mense Aprili comparatum est, pro parte Ecclesiae Cathedralis Horologium pretio 1000 fere fl. a. v. — quod in turres Ecclesiae propediem illocabitur.

— ❧ —

NATALES

VENERABILIS CAPITULI CATH. ECCL. MUNKACSIENSIS.

Ipsa prima Capituli Cathedralis Ecclesiae Eppatus Munkacsiensis initia, ad tempus regiminis Eppi Joannis Bradács referenda sunt, ad cujus utpote preces, Altissimis Augustissimae Imperatricis et Reginae Mariae Theresiae ordinibus, septem ecclesiasticis Dioecesis Munkacsiensis individuis sub nomine **Consistorialium,** singillatim annui 300 fl. clementissime resoluti sunt 1771. Consistoriales hos, et citra nomen Canonicorum verum Eppi Munkacsiensis S. **Senatum**, verumque adeo **Capitulum** constituisse patet exinde: quod in Bulla jam Canonisationis Episcopatus expressa Canonicorum quoque mentio fiat (V. Basil. Pars V. Pag. 11.), tum vero quod SS. Pontifex Clemens XIV. distinctum intuitu neoconfirmati per Eum Eppi Joannis Bradács, ad Capitulum Ecclesiae Munkacsiensis directum, ediderit Breve, tenore cujus membris Capituli districtim intimatur: ut „Eppo Joanni (Bradács) tamquam Patri et Pastori humiliter intendentes obedientiam ei et reverentiam exhibeant.“ (Basilovics Pars IV. 214.) Hoc idem porro eo quoque confirmatur: quod Eppus Andreas Bacsinszky — quemadmodum ipse refert (Basil. Pars V. pag. 11—12), mox post fata Ep. Joannis Bradács, ab Archidiaconis, qui salario provisi Consistoriales una erant, in Vicarium Generalem electus sit, quodque Facultates etiam dispensandi, quae sede Episcopali vacante a Vicariis Capitularibus concedi solent, Roma sine dilatione obtinuerit, et quod demum in Regio Collationali Instrumento dto 1772. 5-ae Augusti, quo idem suprafatus Andreas Bacsinszky in Eppum Dioec. Munkacsiensem denominatus est, — Vicarius, Sede vacante, generalis Capitularis appelletur. Organisatio tamen Capituli — de quo sermo est — ad

justam normam Capitulorum Dioecesium latini ritus exacta, ut videlicet Canonici in loco residentiae Eppi, in unum congregati, stabilem et jugem ejus Senatum constituerent, utque singulus simul eorum, pro ratione muneris quo fungitur, singulari quoque gradus et dignitatis titulo insigniretur, sub Eppo primum **Andrea Baesinszky** subsecuta est, quo ad altissimum Suae C. R. Majestatis August. Imper. Mariae Theresiae Thronum supplice: praesentati per eum septem antea **Consistoriales** in Canonicos, et quidem singulus eorum una cum titulo obtentae dignitatis (Archi-Presbyteri, Decani, Archidiaconi, Ecclesiarchae et caet.) clementissime denominati sunt anno 1776. 25-a Octobris, eodemque anno die 5. Decembris salaria quoque eorum, in fixis per singula Stalla pensis constabilita et resoluta sunt. Neoorganisatum Capitulum anno hoc et majore quoque anni insequentis parte Munkácsini domiciliabatur, mense tamen Augusto a. 1777. Ungvarinum transmeavit, atque isthic die 25-a Aug. in Vigiliis Festi Obdormitionis SS. Deiparae Beatissimae Mariae Virginis, ipso Episcopo Pontificalia celebrante, solenniter installatum est.

SERIES

IN DOMINO DEFUNCTORUM C. E. MUNKÁCS. CANONICORUM.

	Annus nom.	mort.
Zsetkey Andreas. — Parochus primum Kőrösmezőensis, tum Par. M.-Szigethiensis et Vicarius una Foraneus Máramarosiensis, postmodum Archi-Diaconus Cathedr. Membrum S.Sedis Cons. et Vicar. ac Aud. Caus. Gen. — denominatus in (primum) Praepositum Maj. C. E. M. (Abbas post S. Demetr. de Szyrmio).	1776	1793
Sztankovszky Joannes. — Parochus S.-Patak, postmodum Par. Ungvár. simulque Archi-Diaconus Unghensis, ac Membrum S.Sedis Cons. — denomin. in Canon. Lectorem.	1776	1790
Pásztelyi Joannes. — Prof. Theol. Munk. tum successive Paroch. Homonnaensis, Kereknyensis et Huszthensis, Membrum SSedis Consist. et Vicar. Gen. Epp. una vero et Archi-Diaconus Zemplénensis, — denomin. in Canon. Cantorem (subseque Praep. Maj. Cap.)	1776	1799
Borovszky Georgius. — Prof. Scholae Theol. Munkacs. tum Administ. Paroch. Munk. Membrum SSedis Cons. et Archi-Diaconus Ugocsaensis, — denom in. Can. Custodem.	1776	1797
Ilykovics Alexius. — Ex Secret. et Membro S.Sedis Consist. postmodum vero et Archi-Diacono Cott. Bereghiensis, — denomin. in Can. Cancell.	1776	1779
Boksay Joannes. — Paroch. S.-Patak. tum Szerencsensis, demum Munk. Mem-		

	Annus nom.	mort.
brum SSedis. Consist. et Archi-Diaconus Szabolcs.. — denomin. in Canon.	1776	1794
Ivasko Demetrius. — Professor alum. Theol. labii romanici: Membrum SSedis Consist. tum Paroch. Turczensis et Cott. Szathmár Archi-Diaconus — denomin. in Canon.	1776	1794
Taraszovics Michael. — Paroch. antea M.-Szigeth. et Vicar. Epp. For. Máram. — denomin. in Canon.	1780	1798
Simoga Joannes. — Ex Secret. Eppali nomin. Canon.	1785	1796
Bacsinszky Theodorus. — E Notario Consistoriali et Can. Hon. denomin. in Canon. actualem.	1790	1800
Sesavniczky Michael. — Prof. Theol. et Rector primum Sem. Galliciani Vindobonaensis, postmodum vero Rector Sem. Leopolitani; Canon. Honor. et S. Theologiae Doctor, nominatus Canon. actua'is.	1790	1819
Hajnal Thomas. — Par. Szaniszlóensis et Vice-Arch. N.-Károlyensis, (uxoratus). denomin. in Canon.	1793	1800
Tivadar Michael. — Paroch. gr. cath. Ecclesiae Vindobonaensis ad S. Barbaram, denom. in Canon.	1794	1802
Kutka Joannes. — Prof. Sch. Theol. Munk. tum Par. Munkács. Membrum SS. Cons. subseque Abbas de Bihar. (1807.) et Vic. Gen. denomin. in Can.	1794	1812
Gáll Mathias. — ex Par. et Vice-Arch. S. A. Ujhelyiensi denomin. in Can.	1796	1822
Zsetkey Nicolaus. — Ex Par. et Vice-Arch. Bártfalvaensi denom. in Can.	1800	1804
Papp Basilius. — Vic. Epp. For. Szathmariensis, et Canon. honor. (subseque qua jam Can. act. Vic. For. M.-Szigethiensis 1806—1809. et Praep. Cap.) den. in Canonicum.	1801	1832
Kopcsay Joannes. — Prof. Scholae Theol. Munk. post Par. et Vice-Arch.		

	Annus nom.	mort.
N.-Szőlősensis, demum Par. et Vice-Arch. S. A. Ujhelyiensis, den. in Can.	1801	1808
Krucsay Michael. — Par. antea Gálszécsensis, tum Par. et Vice-Arch S. A. Ujhelyiensis, denom. in Can.	1804	1814
Olsavszky Joannes. — Capellanus Cast. tum Par. Vindobonaens. ad S. Barbaram, Can. Hon. nomin. Can. actualis.	1813	1829
Tabakovics Michael. — Par. M.-Szigethiensis et Vic. For. Máramaros. denom. in Can.	1814	1840
Andruchovics Stephanus. — Prof. Theol. postmodum Par. Huszthensis, tum Par. M.-Szigethen. et Vic. For. Máramaros. den. in Can.	1815	1825
Gregorovics Michael. — e Parocho et Vice-Arch. S. A. Ujhelyensi nom. Can.	1826	1834
Csurgovics Joannes. — Prof. R. M. Gymn. Ungv. tum Par. H.-Böszörményensis; S. Theol. Dr. (subseque R. M. Gmny. Ungv. Director et Praep. Major Cap.) denominatus in Can.	1826	1862
Sipos Antonius. — Profess. Theolog. nom. Can.	1829	1833
Durányi Georgius. — Prof. R. M. Gymn. Ungv. tum Par. H.-Doroghensis, denom. in Can.	1830	1834
Csopey Theodorus. — Par. primum Száldobosen. tum Par. Bilkensis et Vice-Arch. Borzsavaensis, den. in Can.	1830	1852
Zombory Joannes. — Coop. Eperjes. dein successive Par. et VAD. Szentmiklós. Nagy-Szőllős. et Huszth. (subseque Praep. Maj. Cap.) denom. in Canon.	1843	1866
Popovics Joannes. — Par. antea Tokaj. et VAD. Hegyaljaensis, denom. in Canon.	1843	1857
Ladizsinszky Alexander. — Admst. Par. Eőr. tum Director Spirit. Semin. Ungvár. nom. Canon.	1843	1866

	Annus	
	nom.	mort.
Balugyanszky Andreas. Cooper. primum S. A. Ujhely. tum Par. S. Patak. demum Hist. eccl. et Jur. Can. Prof. nom. Can.	1851	1853
Medveczky Basilius, — primum Ven. Off.Dioec. Archiv. dein par. Dubrinics. tum Zaricsó. unaque VAD. Turjaensis (subseque Manip. Fundorum Dioec.) denom. in Can.	1867	1872
Seregélly Alexander, — ex Notario SS. Cons. et Secret. Epp. tum Parocho Nagybocskó. et Vice-Arch. M.-Szigeth (subseque Manip. Fund. Dioec. et Abbas S. Emerici de Torda) nomin. Canon.	1867	1875
Labancz Alexander. Protocollista primum ad Ven. Off. Dioecesanum; tum Capellanus Aulicus Luccae (in Italia) apud Principem Luccensem Ludovicum de Principibus Bourbon et una eruditae Societatis de valle Tiberina membrum honorarium; dein Parochus L.-Volyaensis et Vice-Archi-Diaconus Nagy-Mihalyensis (ab a. 1873 Abbas SS. Apost. Petri et Pauli de Kács)	1860	1872
Csopey Antonius. — Cooperator N.-Bocskóensis; dein Director Spiritualis clericorum in Sem. R.Eppali Unghváriensi; tum Professor Theol. Moralis et Pastoralis; — SS. Theologiae Doctor; Vicarius Gen. Capitularis una (1864—1866) et altera vice (1875), — Vicarius Eppalis — (1866—1877) et Archi-Diaconus Cathedralis; (ab anno 1869. Abbas S. Michaelis Archangeli de Körtvélyes)	1855	1877

Nota. Membra praeterea Capit. Cath. Eccl. Munkács erant:

a) Tarkovics Gregorius ex Canonico et Vicario Gener. Capit. anno 1816. 7-a Martii **in — primum** neoerectae Dioecesis Eperjesiensis Episcopum denominatus. Mortuus Eperjesini die 16. Januarii 1841.

b) Illustrimus D. Dr. Tóth Nicolaus, qui ex Canonico Cath. Eccl. Cancellario die 16-a Januarii anni 1876. in Episcopum Eperjesiensem clementissime denominatus est.

SERIES

ARCHI-PRESBYTERORUM SEU PRAEPOSITORUM MAJORUM VEN. CAP. CATH. ECCLESIAE MUNKÁCSIENSIS.

	Annus	
	nom.	mort.
I. **Zsetkey Andreas**	1776	1793
II. **Pásztelyi Joannes**	1793	1799
III. **Bradács Michael**	1799	1814
IV. **Papp Basilius**	1814	1832
V. **Csurgovics Joannes**	1843	1862
VI. **Zombory Joannes**	1864	1866
VII. **Hadzsega Basilius**	1869	—

I.

VENERABILE CAPITULUM

CATHEDRALIS ECCLESIAE MUNKACSIENSIS.

Capitulum isthoc per gloriosissime regnantem Augustissimum Imperatorem et Regem Hungariae Apostolicum FRANCISCUM JOSEPHUM I. aurea pectorali cruce — sub expressa Hungariae Corona formam stellae in quatuor lateralibus suis angulis ligni quercini viridia folia referentis exhibente, cujus circulare medium in anteriori quidem parte, nominatim superius, effigiem S. Crucis, cui Ecclesia Ungvariensis vicem Cathedralis subiens, inferius item obdormitionis B. M. Virginis, ceu cui originaria Ecclesia Cathedralis Munkacsiensis dedicata est, epictam praesentat, in adversa vero parte, dum circuli instar haec leguntur: „Capitulo C. E. Munkacsiensis“, in ipso medio haec inscriptio patet: „Clem. Fr. Jos. I. Imperat. Austriae et Apost. Hungariae Regis MDCCCLXII. — anno 1862. clementissime condecoratum existit.

CANONICI ACTUALES.

Archi-Presbyter seu Praepositus Major:

Rssimus D. BASILIUS HADZSEGA, Cathedralis Ecclesiae Munkacsiensis Archi-Presbyter seu

Praepositus Major et Canonicus, S.Sedis Consist. Assessor. — Canon. ab anno 1851. — Praep. Maj. ab anno 1869.

Archi-Diaconus seu Lector:

Rssimus D. IRENAEUS BACSINSZKY de Bacsina, Cathedralis Ecclesiae Munkácsiensis Archi-Diaconus seu Lector et Canonicus, Praepositus titularis de Rochenitz, Lycei Regio-Episcopalis Ungvariensis Prodirector, Tribunalis III. Instantiae pro Archi-Dioecesi Leopoliensi Praeses, Vicarius Episcopalis, et SS. Consistorialis Assessor. — Canonicus ab anno 1858. Praepositus tit. ab anno 1877.

Primicerius seu Cantor:

Rssimus D. JOANNES DANILOVICS, Cathedralis Ecclesiae Munkácsiensis Primicerius seu Cantor et Canonicus, Vicarius Episcopalis Foraneus Hajdu-Doroghiensis, et SS. Consistorialis Assessor. — Canonicus ab anno 1871. Vicarius ab anno 1875.

Ecclesiarcha seu Custos:

Rssimus D. MICHAEL MARKOS de Bedő, Ecclesiae Cathedralis Munkácsiensis Ecclesiarcha seu Custos et Canonicus, Fundorum Dioecesanorum Administrator, Ecclesiae Cathedralis Parochus, Tribunalis III. Instantiae pro Archi-Dioecesi

Leopoliensi Judex, et SS. Consistorialis Assessor. — Canonicus ab anno 1875.

Scholasticus:

Rssimus D. JULIUS FIRCZÁK, Ecclesiae Cathedralis Munkács. Scholasticus et Canonicus, Seminarii Ungváriensis Rector, SS. Theologiae Licentiatus, Orphanotrophii Dioecesani puellarum Director, Tribunalis III. Instantiae pro Archi-Dioecesi Leopoliensi Iudex, et SS. Consistorialis Assessor. — Canonicus ab anno 1876.

Cartophylax seu Cancellarius:

Rssimus D. JOANNES MONDOK, Ecclesiae Cathedralis Munkacsiensis Cartophylax seu Cancellarius et Canonicus, Abbas tit. de Zám, Theologiae Dogmaticae in Regio-Episcopali Lyceo Ungváriensi Professor, ad Regio-Catholicum Gymnasium Ungvariense Maius, Commissarius Episcopalis, Licentiatus Philosophiae, Tribunalis III. Instantiae pro Archi-Dioecesi Leopoliensi Judex et S.Sedis Consistorialis Assessor. — Abbas tit. ab anno 1876. Canonicus ab anno 1877.

Septimus Canonicus:

Rssimus D. IGNATIUS ROSKOVICS, Ecclesiae Cathedralis Munkács Septimus Canonicus; penes Institutum Regio-Episcopalis Praeparandiae

Cantorum et Docentium Commissarius Eppalis, Scholarum nation. pro Cottibus Hajdu, Szabolcs, Szathmár et Zemplén Inspector Dioecesanus et S.S. Cons. Assessor. — Canon. ab anno 1878.

CANONICI HONORARII.

Rssimus D. EUGENIUS BACSINSZKY de Bacsina, Parochus Lyutaensis, Districtus Sztaunaensis Vice-Archi-Diaconus, Scholarum nationalium ejusdem Districtus Inspector, et S Sedis Consist. Assessor. — Canonicus honorarius ab anno 1870.

Rssimus D. JACOBUS UJHELYI, emeritus Parochus Szécskereszturensis, et S.Sedis Consist. Assessor. — Canonicus honorarius ab anno 1870.

Rssimus D. VICTOR GEBÉ, S Sedis Consist. juratus Notarius et Assessor, Cancellariae Dioecesanae Director. — Canonicus honorarius ab anno 1877.

II.

ARCHI-DIACONI.

Institutum Archi-Diaconorum, quod coaevum Ecclesiae Catholicae est, eandem apud nos etiam cum Dioecesi originem habet. Archi-Diaconus Cathedralis una cum Archidiaconis extragremialibus seu ruralibus a primo inde Dioecesis nostrae exordio potiores semper in S. Eppi Senatu partes obibant, inque defectu Capituli, vices Canonicorum suppleverunt, imo et primum quodammodo semen erant, quod subseque, in Capitulum, ad justam normam institutum, se sensim explicuit. Initium rei sub Eppo Joanne Bradács factum, quo adnitente, septem Dioecesis nostrae Archi-Diaconi sub nomine Consistorialium stabili annuo (300 fl.) salario provisi sunt, ita tamen, ut singulus eorum deinceps quoque Archi-Diaconali suo Districtui praefectus maneret, intraque ambitum crediti sibi Districtus residere teneretur, hi dein Archi-Diaconi-Consistoriales, cura, ac ope Episcopi Andreae Bacsinszky. Altissimis Suae C. R. Majestatis Augustissimae Reginae Mariae Theresiae Ordinibus ad dignitatem Canonicorum evecti, amplioribusque salariis (Canon. praebendis) dotati, in primum ad Cathedram Eppalem assidue residens Capitulum coaluerunt, ut jure apud nos Archi-Diaconi pro Canonicorum praecursoribus, ac quadam ratione pro avis eorum haberi possint. Eo tamen nequicquam obstante: quod primum Ecclesiae Munkácsiensis Capitulum ex Archi-Diaconis constitutum sit, numerus sive Archi-Diaconorum sive Districtuum Archi-Diaconalium deminutus non est, nam hodiedum quoque, ut antea, tot sunt apud nos Archi-Diaconi, quot Comitatus Dioec. nostra gremio suo complectitur; — imo proxime defuncto Episcopo, Excellmo D. Stephano condam Pankovics auctore,

ex gratiosissimo Suae C. R. Majestatis annutu, unicuique eorum annuo quoque ex Fundo Religionis levando 200 flnorum honorario prospectum est: quo arduis et nunc muniis suis eo commodius et accuratius satisfacere valeant. Ex Archi-Diaconis, qui dignitate et officio isthoc actu defunguntur, Archi-Diaconus solum Cathedralis, qui membrum una Capituli est, stabile isthic. in metropoli Dioeceseos domicilium habet, reliqui foris extra gremium, per singulos Comitatus dispositi, et tamquam in excubiis aut speculis constituti, intra praestitutos sibi fines, vices Ordinarii sustinere pergunt.

Est vero series Archi-Diaconatuum et Archi-Diaconorum sequens:

Archi-Diaconatus Cathedralis — vacat.

Archi-Diaconus Comitatus Bereghiensis Rssimus D. Joannes Deskò Parochus Munkacsiensis, Scholarum nation. Cott. Beregh supremus Inspector, et S.Sedis Consist. Assessor. Archi-Diaconus ab anno 1867.

Archi-Diaconatus Comitatuum Hajdu et Szaboles — vacat.

Archi-Diaconus Comitatus Máramarosiensis Rssimus D. Alexander Fankovics, perque eundem Comitatum Vicarius Foraneus Eppalis, Parochus Szigethiensis, Comitatus Máramar. Scholarum nation. Supremus Inspector, et S.Sedis consistorialis Assessor. Archi-Diac. ab anno 1876.

Archi-Diaconus Comitatus Szathmáriensis Rssimus D. Antonius Boksay, Parochus Szathmár-Némethiensis ejusdemque nominis Distr. Vice-Archi-Diaconus, Cott. Szathmár. Schol. nation. Supremus Inspector, et S.Sedis Consistorialis Assessor. Archi-Diac. ab anno 1867.

Archi-Diaconus Comitatus Ugocsaensis Rssimus D. Basilius Fircák, Parochus Alsó-Karaszlóensis, nationalium Cottus Ugocsa Scholarum Supremus Inspector, et S.Sedis Consistorialis Assessor. Archi-Diac. ab anno 1867.

Archi - Diaconus Comitatus U n g h e n s i s Rssimus D. G a b r i e l C s o p e y, Parochus Perecsenyensis, Cottus Unghensis Scholarum nationalium Supremus Inspector, et S.Sedis Consistorialis Assessor. Archi-Diaconus ab anno 1877.

Archi-Diaconus Comitatus Z e m p l é n i e n s i s Rssimus D. T h o m a s F e s z t o r y, Parochus Sátor-Alja-Ujhelyiensis, Cott. Zemplén Scholar. nation. Supremus Inspector, et S.Sedis consistorialis Assessor. Archi-Dnus ab anno 1867.

III.

ABBATIAE

SEU

ARCHIMANDRIAE VETERES, QUAE INTRA AMBITUM OLIM DIOECESIS MUNKACSIENSIS EXSTITERUNT:

Archimandria S. Michaëlis Archangeli de Körtvélyes. — Archimandrita seu Abbas titularis: Rssimus D. Dr. Franciscus Palotay, Ecclesiae Cath. Veszprémiensis Canonicus, Archi-Diaconus Sümeghiensis, et Supremus, in Dioecesi Veszprémiensi, cath. elementarium scholarum Inspector. Archi-mandrita ab anno 1878.

Archimandria S. Nicolai de monte Csernek prope Munkács — vacat.

Archimandria B. Mariae Virginis de Komorót prope Bilke, — vacat.

Archimandria S. Crucis de Bilke — vacat.

Archimandria S. Joannis Baptistae de Kisfalud, — vacat.

Archimandria S. Nicolai Eppi Myrensis de Nagy-Bocskó prope Kis-Lonka, — vacat.

Archimandria S. Basilii Magni, Episcopi et Doctoris de Campo Glotkov supra Szolyma, — vacat.

Archimandria S. Demetrii M. Martyris, et S. Michaëlis Archangeli de Bedő, — vacat.

Archimandria Annunciationis Beatae Mariae Virginis de veteri Uglya, — vacat.

Archimandria S. Michaëlis Archangeli de Herinese. — vacat.

Archimandria S. Nicolai Episcopi de Kövesligeth, — vacat.

Archimandria B. Mariae Virginis natae, de Kriesfalva. — vacat.

Archimandria S. S. A. A. Petri et Pauli de Irholcz. — vacat.

Archimandria S. Stephani Archi-Diaconi et Proto-Martyris de Remete, — vacat.

Nota. De incunabulis Abbatiae S. Michaelis Archangeli de Körtvélyes (Cott. Máramaros) in defectu authenticorum documentorum, nihil, quod dubio vacaret, definiri potest. Vero tamen simile est, ejus quoque, quemadmodum et aliorum complurium in Máramarosio olim florentium Monasteriorum (Bedő, Bocskó, Kislonka, Fehéregyháza, Gyulafalva, Szacsal, Barczánfalva, Husztbaranya, Uglya, Kövesligeth et cact.) primam originem ab **anachoretis** repetendam esse, qui fixa inter sylvas et dumeta sede, erectoque post Monasterio, immigrantibus eorsum alius quoque generis colonis adaucti, in notabilem, lapsu temporis communitatem excreverunt, cujus communitatis, — degentes in monasterio Religiosi, et primi **pastores**, et primi terrestres **domini** erant. Primum scriptum, existentiae Monast. hujus vestigium, est: exstans in Archivo Cottus Máramaros, Regium — ut videtur — Decretum anno 1438 emanatum, quo Palatino Hungariae, Equitique Cumaniae Laurentio Héderváry, in mandatis comm ttitur: ut **obortas circa bona Monasterii Körtvélyes, metales (quasdam) lites, cognosceret et dirimeret.** Cumque in eodem Decreto asseveretur: pagum Körtvélyes, unum esse ex bonis quae Religiosi Monasterii ejatis possiderent, non est difficilis conjectura: Monasterium Körtvélyesiense, aut **Archi-Abbatiam** aut certe ejusmodi saltem Archimandriam fuisse, ad cujus Provinciam et jurisdictionem plura quoque alia, Hegumenalia perinde ac Filialia Claustra pertinuerint.

Tum memoriae gratia, tum ad probandum: quantum Abbatiae Körtvélyesiensis, in vetusta illa Dioecesis nostrae antiquitate, momenti infuerit, — juvabit hic monere: primum quem annales nostri noscunt et produ-

cunt, Munkacsiensem Episcopum Joannem (sub Rege Uladislao II.) ex abbate Körtvélyesiensi esse ad Cathedram Eppatus Munkacsiensis promotum.

Quonam autem tempore aut quibus fatis florens olim et celebris haec Abbatia interierit, de eo et scripta et oralis historia nostra altum tacent. Probabile tamen est, quemadmodum illius, sic et plerorumque subordinatorum eidem Monasteriorum bona, bellis quae Reges inter Hungariae, et Principes Transylvaniae diu saevierant, sacrilega tumultuantium manu esse directa, quo factum simul: ut dissipatis, ac in omnes quaquaversum plagas dissidentibus Religiosis ipsae quoque sensim Sedes eorum collaberentur, et interciderent. Bona Monasterialia a primis direptoribus — ut acta publica docent, — ad Princ. potissimum Transylvaniae, tum vero ex donatione eorum ad privatos, ac demum ad Regium S. Coronae Hungariae Fiscum devoluta sunt. Quantum signanter bona Abbatiae Körtvélyes adtinet, haec mediante donatione Principis Transylvaniae Michaelis Apaffy in possessionem **Stephani** cujusdam **Frater**, arcis Huszthensis Capitanei devenerunt, perhibentibus id, ad universitatem Cottus Máramaros datis praefati Principis litteris de anno 1698, 24-a Julii, quae donatio anno 1669. 7-a Aprilis, ea sub conditione confirmata est: ut frater praedicti donatarii perinde Stephanus, cautionis instar mille florenos pendere teneretur, — cujus tamen legitimus Successor Franciscus Buday, donatione acquisita Abbatialia bona haec anno 1756. 18-a Martii erga pretium 1500 fl. S. R. H. Cor. Fisco in perpetuam possessionem cessit, quae ad nunc usque, partem R. Cameralis Dominii Máramarosiensis constituunt, constantque:

a) ex **Mola** ad duos lapides;
b) ex uno **Diversorio**:
c) ex **agris** jugerorum 182.
d) ex **sylvis** et **pascuis** jugerorum 3573. (jugerum a 1200 org. computando.)

Rudera Abbatialis condam Monasterii Körtvélyesiensis oeconomicaliumque ejus aedificiorum actu visuntur, multumque conspectu suo, pia spectantium in sacra et priscos corda, movent et premunt!

Series Abbatum et Praepositorum,

a tempore Canonisationis Dioecesis Munkácsiensis.

I. **Episcopi Dioecesani** omnes inde ab anno 1776. erant una et Abbates SS. AA. Petri, et Pauli de Tapolcza.
II. **Joannes Josephus Hodermárszky**, abbas S. Nicolai de Monte-Csernek.
III. **Zsetkey Andreas,** Abbas S. Demetrii de Szyrmio.
IV. **Bradács Michaël,** Abbas S. Demetrii de Saár. subseque Conseer. Epp. Dorillyensis.
V. **Kutka Joannes**, Abbas de Bihar.
VI. **Lucskay Michaël,** Praep. tit. B. M. V. de Luca.
VII. **Pankovics Stephanus,** Abbas S. Mich. Arch. de Körtvélyes, subseque Episcop. D. Munkács.
VIII. **Csopey Antonius,** Abbas Mich. Archang. de Körtvélyes.
IX. **Pásztelyi Joannes,** Abbas novae inter Hung. et Polon. Abbatiae, subin Episcopus Munkács.
X. **Seregélly Alexander,** Abbas S. Emerici de Torda.
XI. **Labancz Alexander,** Abbas SS. AA. Petri et Pauli de Kács.
XII. **Mondok Joannes,** Abbas tit. de Zám.
XIII. **Bacsinszky Irenaeus,** Praep. tit. de Rochenitz.

IV.

SACRA SEDES CONSISTORIALIS.

Praeses.

Illustrissimus ac Reverendissimus Dominus Episcopus Dioecesanus.

Assessores.

Reverendissimi Domini Canonici Actuales, Honorarii et Archi-Diaconi.

Nr. Curr.	Praeterea juxta seriem nominationis :
1	A. R. D. Andreas Popovics, Paroch. Vörösmartensis, emer. Theol. Prof. et emer. Vadnus Distr. Nagy-Bereznaensis.
2	A. R. D. Petrus Medveczky, Parochus et Vad. Ord. Distr. Dombóensis.
3	A. R. D. Josephus jun. Danilovics, Paroch. Ignéczensis, emer. Vad. Distr. Szobranczensis.
4	A. R. D. Joannes Rákovszky, Paroch. Izaensis.
5	A. R. D. Andreas Csurgovics, emer. gymn. Professor.
6	A. R. D. Georgius Bukovszky, Paroch. et Vad. Ord. Nagy-Szőllősiensis.
7	A. R. D. Joannes sen. Nizsalovszky, Paroch. Dobrovkaensis, emer. Vad. Komjathensis.

Nr. Curr.	
8	A. R. D. Andreas Antalóczy, emer. Paroch. Lelesz-Polyanensis et emer. Vad. Bodrogköziensis, ad pensionem positus jubilaris Presbyter.
9	A. R. D. Michaël Sztripszky Paroch. Ungvárinensis, Trib. III. Inst. Index.
10	A. R. D. Basilius Talapkovics Paroch. Bilkensis.
11	A. R. D. Joannes Brana, Paroch. Bogdanensis.
12	A. R. D. Dionysius Csopey Paroch. Ökörmezőensis, una Vad. Distr. Alsó-Verchovinaensis, ejusdem Schol. nation. Inspector.
13	A. R. D. Victor Lyachovics Paroch. Podheringensis. Distr. Munkacsiensis Vad. et Schol. nation. Inspector.
14	A. R. D. Joannes Varga Paroch. Bodzás-Ujlakiensis. Distr. Tőketerebesiensis Vad. et Schol. nation. Inspector.
15	A. R. D. Joannes Iványi Paroch. Tornyospálczaensis. Distr. Karászensis Vad. et Schol. nat. Inspector.
16	A. R. D. Nicolaus Homicskó in Regio Maj. Gymnasio Ungvárieusi P. O. Professor Doctr. Religionis, Catecheta, et Instituti Dioeces. orphan. puellarum Exhortator, et Schol. nat. pro Cottibus Bereg, Marm., Ugocsa, Ung. Inspector Dioec.
17	A. R. D. Basilius Dudinszky Paroch. Laborcz-Volyaensis. Vad. Distr. Nagy-Mihályensis, una Schol. nation. Distr. Inspector.
18	A. R. D. Joannes Sivulszky, Paroch. Rákosensis, et Distr. Bubuliskaensis Vad. una Schol. nation. Inspector.
19	A. R. D. Michael Suba, Parochus Bustyaházaensis et emer. prof. gymn. M Szigeth.
20	A. R. D. Nicolaus Valkovszky Parochus Gézsényensis. Distr. Vinnaensis Vad. et Schol. nation. ejusdem Distr. Inspector.
21	A. R. D. Dionysius Gorzó de Bilke, Paroch. Kökényesiensis, Distr. Taraczköziensis Vad. una Schol. nat. Inspector.

Nr. Curr.	
22	A. R. D. Joannes jun. Zloczky, Paroch. Nagy-bocskóensis, Distr. Szigethensis VAD., una Districtualium Schol. nation.Inspector.
23	A. R. D. Michaël Ferencsik,Paroch. Nagy-Turiczaensis.
24	A. R. D. Matthaeus Mikita, Ordinis S. Basilii Mag. Proto-Hegumenus.
25	A. R. D. Antonius Illyásevics Paroch. Eötvöstalvaensis.
26	A. R. D. Andreas Lipeczky, Paroch. et VAD. Distr. Száldobosensis, una Schol. nation Inspector.
27	A. R. D. Alexander Púza, Paroch. Sáros-Patakensis. Distr. Ujhelyensis VAD. et Schol. nation. ejusdem Distr. Inspector.
28	A. R. D. Josephus sen. Danilovics, Paroch. Sólymosensis.
29	A. R. D. Antonius Szabad, Paroch. Hideg-patakensis, Distr. Felső-Verchovinaensis VAD. et Schol. nat. Inspector.
30	A. R. D. Ignatius Ujhelyi, Paroch, Radvánczensis.
31	A. R. D. Alexander Jaczkovics, Paroch. Alsó-Domonyaensis, Distr. Ungvarinensis Vad et Schol. nation. Inspector, aureae Crucis pro meritis proprietarius.
32	A. R. D. Joannes sen. Zloczky, Paroch. Aknarahóensis.
33	A. R. D. Andreas Kacsanovszky, Paroch. Orosz-Komaróczensis, Distr. Szerednyensis Vadnus, et Schol. Nation. Inspector.
34	A. R. D. Josephus Kubek, Parochus Csicserensis.
35	A. R. D. Joannes Andruchovics, Parochus Trebusaensis, V.A.D. Dist. Ruszkovaensis.
36	A. R. D. Josephus Balugyánszky, in R. M. Gymn. Besztercze-Bánya Professor P. O.
37	A. R. D. Joannes Ihnatkó, Parochus Nagy-Mihályensis.

Nr. Curr.	
38	A. R. ac Cl. D. Antonius Jámbor, Ling. Orient. et Studii Bibl. utriusque Foederis in R. Eppali Lyceo Ungvarinensi Professor P. O., SS. Theol. Licentiatus, Matrimonii, et Professionis Religiosae ad S.S. Cons. Defensor, Trib. III. Inst. pro Archid. Leop. Judex.
39	A. R. D. Paulus Görög, Parochus Bökönyensis.
40	A. R. ac Cl. D. Joannes jun. Vályi, Juris et Hist. Eccae Professor P. O., Suae Sanctitatis Capellanus extra Urbem, penes Trib. III. Inst. pro Archi-dioec. Leop. Judex et Notarius, Advocatus Pauperum, SS. Theologiae Doctor, Incl. Facultatis Theol. ad R. Scientiarum Universitatem Hung. Membrum Collegiatum, Instituti Dioec. Orphanorum Praefectus.
41	A. R. D. Michaël Melles, Paroch Taraczköz. Distr. Dombó Surr. Vadnus, et Distr. Schol. nation. Inspector.
42	A. R. D. Joannes Duliskovics, Parochus et Vadnus Szentmiklósensis, una Distr. sui Schol. nation. Inspector.
43	A. R. D. Michaël Somlyay, Paroch. Biriensis.
44	A. R. D. Joannes Holovács, Paroch. Talaborfalvaensis.
45	A. R. D. Emmanuel Fejér, Paroch. H-Doroghensis.
46	A. R. D. Michaël Lichvártsik, director praeparandiae cantorum et docentium Dioecesanae.
47	A. R. D. Basilius Egresy, Parochus Berezovaënsis, Exam. Theologus.

Notarius.

Rssimus D. Victor Gebé, S.S. Cons. Ass., Canonicus honor, et Cancellariae Dioec. Director.

Advocatus pauperum:

A. R. ac Cl. D. Dr. Joannes Vályi, S.S. Cons. Assessor, Theol. Professor et c. ut supra.

Matrimonii et Professionis Religiosae Defensor.

A. R. ac Cl D. Antonius Jámbor. S.S. Cons. Ass. etc. ut supra.

Fiscus Consistorialis.

Sp. D. Georgius Nehrebeczky, Jurat. Caus. Fori utriusque Advocatus.

Medicus Consistorialis.

Sp D. Joannes Demjanovics Medic. et Chir. Doctor, una Inclíti Comitatus Ungh Supremus Medicus.

Nota. Sessiones S.S. Cons. in negotiis publico-ecclesiasticis, nisi festum aut aliud quoddam impedimentum interveniat, diebus Martis et Sabbathi solent asservari.

V.

TRIBUNAL

in Causis Matrimonialibus, et Ecclesiasticis pro Archi-Dioecesi Leopoliensi, — Instantiae III-ae.

Praeses.

Rssimus D. Irenaeus Bacsinszky de Bacsina, Can. Lector, Praep. tit. de Rochenitz, Vicarius Eppalis.

Judices.

Rssimus D. Michael Markos de Bedő, canonicus.

Rssimus D. Julius Firczák canonicus.

Rssimus D. Joannes Mondok canonicus, una Matrimonii Defensor.

Rssimus D. Ignatius Roskovics canonicus.

A. R. D. Michael Sztripszky, Par. Ungvár. S.S. Cons. Assessor.

A. R. ac Cl. D. Antonius Jámbor, Theol. Prof. S.S. Cons. Assessor.

Notarius.

A. R. ac Cl. D. Joannes Vályi, Theol. Dr. et Prof. S.S. Cons. Assessor.

Fiscus.

Sp. D. Georgius Nehrebeczky, Fiscus Consistorialis.

VI.

CANCELLARIA DIOECESANA.

Director Cancellariae.

Rssimus D. Victor Gebé, canonicus honorarius, S.S. Cons. jur. Notarius et Assessor.

Concipista.

A. R. D. Demetrius Gebe, presbyter, una Musaei Dioecesani Custos.

Protocollista.

A. R. D. Alexius Bendász presbyter.

Archivarius.

Vacat.

Cancellistae.

Andr. sen. Gebe,
Mich. Jackovits,
Cornel. Laurisin,
Victor Popovits,
} Cler. Theologi.

Mediastinus.

Joannes Barkóczy.

VII.

LYCEUM THEOLOGICUM

per Augustam Mariam Theresiam Regem Hungariae Apostol. anno 1775. fundatum.

Pro-director.

Rssimus D. Irenaeus Bacsinszky de Bacsina, Canonicus Lector, Praep. tit. de Rochenitz, vicarius eppalis.

Professores.

Rssimus D. Joannes Mondok, canonicus cancellarius, theol. Dogmat. Professor.

A. R. ac Cl. D. Dr. Joannes Vályi, Juris et Hist. Eccae Professor.

A. R. ac Cl. D. Antonius Jámbor, Ling. orient. et St. Biblici Professor.

A. R. D. Joannes Turjay, Th. Moralis et Pastor. Professor.

R. Julius Drohobeczky Linguae lat. prof., Stud. Praefectus in Seminario.

VIII.

OFFICIUM

Administrationis Fundorum Dioecesanorum.

Administrator.

Rssimus D. Mich. Markos de Bedő, Can. Ecclesiarcha.

Contraagens.

A. R. D. Petrus Csucska presbyter.

Fiscus.

Sp. D. Georgius Nehrebeczky, Fiscus Consistorialis.

Cancellista.

Theodosius Rákovszky.

IX.

GAZOPHYLACIUM ECCL. CATHEDR.

Praefectus.

Rssimus D. Mich. Markos de Bedő, Can. Ecclesiarcha

Sacristianus.

Paulus Farkas.

X.

CHORUS ECCLESIAE CATHEDRALIS.

Praefectus.

Rssimus D. Irenaeus Bacsinszky de Bacsina, Canon. et Lycei Prodirector, Praepositus tit. de „Rochenitz".

a) Cantus Figuralis.

Regens Chori.

R. Julius Drohobeczky, Clericus Absolutus, Praefectus Stud. in Seminario.

Nota. Chorum hunc constituunt selecta, partim e Clero Juniori, partim vero e gymnasiali Schol. Iuventute No. 50 individua.

b) Cantus ordinarius.

Cantores.

D. Joannes Szember, Docens rit. Praeparandiae.
D. Michaël Baulovics, Docens rit. Praeparandiae.

XI.

INSTITUTUM PRAEPARANDIAE

pro futuris Cantoribus et Docentibus.

Commissarius Episcopalis:

Rssimus D. Ignatius Roskovics can., Inspector scholarum. Dioec.

Director:

A. R. D. Michaël Lichvártsik, una Professor et Exhortator, emer. Theol. Prof., Dioecesis Munkacsensis, Eperjesensis et Chrisiensis S.Sedis Cons. Assessor.

Professores:

D. Andreas Répay, una Scholae nat. exempl. Ungvár. Prof.

A. R. D. Demetrius Gebe, presbyter, una Musaei Dioecesani Custos.

A. R. D. Victor Kaminszky presbyter.

D. Joannes Szember Cantor Eccl. C.

D. Michael Baulovics Cantor Eccl. C.

XII.

ORPHANOTROPHIUM DIOECESANUM

ad S. Alexium pro orphanis masc. Dioecesis hujus Parochorum.

Orphanotrophii hujus aedificium per piae memoriae Episcopum Munkácsensem Alexium Pócsy, in fundo per Venerabile Capitulum liberaliter oblato, e solidis materialibus, penes promptam manualis et jugalis laboris per Cantorum, et fidelis Graeci-Ritus peripheriae Ungvárinensis populi praestationem, sumptu in circa 10,000 fl. c. m. erectum est. Dos vero ejus e Dioecesani Cleri liberalitate conflata porro quoque augetur. E praecipuis Instituti hujus benefactoribus praeprimis memoria digni sunt: Joannes condam Zloczky Paroch. ac VADnus Beregszászensis, et Andreas condam Jaczkovics Paroch. Selesztóensis, velut generales fundatores; speciales vero magis fundationes instituerunt Basilius condam Zsiga, Paroch. et VADnus Bocskó-Rahòensis una S.Sedis Cons. Assessor; dein Basilius condam Kovács, Paroch. Csomány-

falvaensis. Distr. Talaborfalvaensis VADnus et SS. Cons. Ass., item Lucas condam Glagola Paroch. Bedőensis, et Distr. Taraczközensis VADnus tandem A. R. D. Michael condam Riskó Paroch. Kövesligethensis, et Distr. Talaborfalvaensis VADnus, ad demum Petrus Prodán, paroch. Lelesz Polyán, et V. A. D. Distr. Bodrogköz.

Praefectus.

A. R. ac Cl. D. Joannes Vályi Theol. Doctor et Prof., SS. Cons. Assessor.

Informatores.

Joannes Tóth, Julius Csucska, } Clerici.

Alumni Scholas hic frequentantes No. 33.

XIII.

INSTITUTUM DIOECESANUM

pro orphanis sexus foeminei Dioecesis Munkacsensis parochorum conjunctum cum Scholis puellaribus in sex classes divisis.

Orphanotrophium isthoc originem suam immortalis memoriae Eppo Basilio condam Popovics in acceptis referendam habet.

Aedificium Instituti hujus, ad iteratas humillimas preces pie in Domino denati magni Praesulis Stephani condam Pankovics, ex clementissima — subditalique homagio ac perenni una gratitudinis sensu recolenda Suae C. R. et Apost. Majestatis gloriosissime regnantis Imperatoris et Regis Francisci-Josephi I. — munificentia, anno 1868. Dicecesi gratissime donatum est.

Capitalia orhanotrophii ex hactenus factis benevolis nonnullorum de Clero Dioecesano oblatis coaluerunt, quae Deo Optimo Maximo juvante in futurum quoque per similia oblata adaugenda sperantur.

Praecipui hucadusque Benefactores orphanotrophii sunt sequentes:

		fl.	xr.
1.	Bukovszky Josephus Par. Árkensis	1659	—
2.	Zsiga Basilius Par. Bocskòrahóensis, Vad, Cons. Assessor	4200	—
3.	Cserszky Barbara inhabitatrix Ungvár.	105	—
4.	Lehoczky Josephus	105	—
5.	Lipcsey Josephus	105	—
6.	Cserszky Ludovicus	105	—
7.	Jaromisz Ambrosius Par. Csornoholova.	210	—
8.	Kovács Basilius Par. Csományfalva. Vad., SS. Cons. Ass.	5677	50
9.	Kulimán Joannes Par. Ujdávidháza	1050	—
10.	Hafinecz Stephanus Par. Rosztoka	210	—
11.	Csurgovics Joannes Praep. Major Cap. C. E. Munkácsensis	400	—
12.	Jaczkovics Andreas Par. Selesztó	1233	80
13.	Horváth Theresia	1226	40
14.	Pankovics Stephanus Eppus Munkacsensis	1500	—
15.	Markos Mich. de Bedő, Can. C. E. Munk.	140	—
16.	Pák Antonius incola Karácsfalvaensis	500	—
17.	Firczák Julius Can.	200	—
18.	Szabados Joannes Par. Sztuzsicza.	100	—
19.	Fundus religionis	1500	—
20.	Ladizsinszky Alexander Can. C. E. Munk. legavit domum Ungvarini sub Nris 425—426.		

Adaptatio et instructio praeattacti, a Sua Sacratissima Majestate dono accepti aedificii, partim ab Excelso Hung. Reg. Cultus et publ. Inst. Ministerio gratiose resoluto 1500 fl. subsidio, partim vero domesticis Instituti impensis scopo convenienter effectui data, ipsum vero Institutum, cum summo Cleri jubilo anno 1875. 3-a Octobris solenniter apertum, destinationique suae traditum est.

Director Instituti.

Rssimus D. Julius Firczák, Can. Scholast., Sem. Rector.

Educatrices.

D. Hedvigis Fekete, nata Otte.
D. Emilia Haranth, nata Hauris.
Domicella Julia Hölszky.
„ Adelhaidis Götz.

Praeter Educatrices in sex classibus Instituti, lege anni 1868. praescripta scientifica objecta prorsus gratuito tradunt:

D. Maria Roskovics nata Baksay.

A. R. D. Nicolaus Homicskó, C. R. M. Gymn. Exhortator.

A. R. D. Petrus Csucska, Fund. Dioec. Contra-agens.

A. R. D. Emmanuel Roskovics, C. R. M. Gymn. supplens professor.

R. Julius Drohobeczky, Stud. Praefectus in Seminario.

Sp. D. Michaël Barna,
Sp. D. Franciscus Heverdle,
Sp. D. Stephanus Medreczky,
Sp. D Julius Wittinghoff,
} In Regio Majori Gymnasio Ungvarinensi Professores P. O.

Medicus Orphanotrophii.

Sp. D. Joannes Demjánovics, Medicinae et Chir. Doctor, Cottus Ungvár Medicus Primarius et cet.

Orphanae puellae occasione Concursus pro curr. anno Schol. susceptae sunt 22.

Erga annuam 200 florum solutionem 1?.

Pro media solutione 1.

Scholas hujus Instituti univers. 134. puellae frequentarunt.

Examina publica 28. die mensis maii 1878. inchoata. et 10. die mensis iunii, — peracta pridie in Cathedrali Ecclesia S. Confessione et SS. Communione, — solenniter absoluta sunt.

XIV.

INDIVIDUA

in et extra gremium Dioecesis in re literaria aliisque officiis constituta.

A. R. D. Andreas Csurgovics, emeritus R. Gymn. Maj. Ungvarinensis Professor. S.Sedis Cons Assessor.

A. R. D. Josephus Balugyánszky, in R. M. Gymn. Beszterczebányaensi Professor. S.Sedis Cons. Assessor.

A. R. D. Nicolaus Homicskó in R. M. Gymn. Ungvár. Professor, S.Sedis Cons. Assessor, Scholarum nat. Inspector Dioec.

A. R. D. Cyrillus Szabó, Presbyter, in R. M. Gymn. Szegedensi Professor.

A. R. D. Josephus Csaszin, Presbyter, Comitatus Zemplén Scholarum Vice-Inspector.

A. R. D. Emmanuel Roskovics, C. R. M. Gymn. suppl. prof.

D. Emilianus Talapkovics, Presbyter, Comitatus Ung Scholarum Inspector.

D. Bartholomaeus Talapkovics, Presbyter, coadiutor in Bilke.

D. Antonius Megela Capellanus militiae Caesareo-Regiae, Leutschoviae.

D. Nicol. Valkovszky jun., dir. in reali schola M. Váradinensi.

XV.

BIBLIOTHECA DIOECESANA.

Piae memoriae Episcoporum Manuelis Olsavszky, imprimis vero Andreae Bacsinszky, largo aere procurata, recentissime autem pie denatorum Episcoporum Basilii condam Popovics et Stephani Pankovics privatae Bibliothecae libris aucta.

Custos:

A. R. ac Cl. D. Joannes jun. Vályi, SS. Theol. Doctor et Prof. una Consist. Assessor.

Compactor Dioecesanus:

D. Carolus Reschke.

Pictor Dioecesanus:

D. Ferdinandus Vidra.

Paramentorum Ecclesiasticorum Procurator Dioecesanus:

D. Aloysius Oberbauer, Buda-Pestini in platea Váczensi sub No. 15.

XVI.

MUSAEUM DIOECESANUM.

(Apertum anno 1877.)

Custos:

A. R. D. Demetrius Gebe, Concipista Officii Dioecesani, una Professor Praeparandiae Cantorum et Docentium Dioecesanae.

A.

CLERUS CURATUS.

I. BEREGHENSIS
ARCHI-DIACONATUS IN COMITATU EJUSDEM NOMINIS.

Archi-Diaconus.

Rssimus D. JOANNES DESKÓ, Par. Munk. et SS. Cons. Assessor.

Fiscus Cleri et Ecclesiarum:

Sp. D. ANTONIUS CSERSZKY, jur Caus. fori utriusque Advocatus.

I. DISTRICTUS BEREGSZÁSZENSIS.

Nomen habet a gremiali oppido Beregszász.

Vice-Archi-Diaconus.

A. R. D. JOSEPHUS AZARY, Par. Makkos-Jánosiensis, Distr. sui Schol. nat. Insp. una Bibliothecarius.

Notarius Districtualis.

R. D. JOSEPHUS FODOROVSZKY, Administrator Beregszászensis.

PAROCHIAE.

1. **Beregszász** (Beregszászi), olim vocabatur Lampertháza, opp. priv. dist. Ungvár. 7 mill. Par. ant. Eccl. mur. ad Annunt. B. M. Virg. Dom. Par. lig. Lib. Coll. Epp. Lingva Ruthen. et Hung. Hab. Schol. System. et ab a. 1772. Matric. — Suppl. congr. par. comp 181 fl. 92½ xr. perc. in off. Trib. Bereg-szász. Posta in loco, et statio telegraphica.

Administrator: R. D. Josephus Fodorovszky not. Distr. Nat. 1835. Ord. Presb 1859.

Cantor una Docens: Paulus Ilnicky.

In matre	Dist. a Matre Hor.	Gr. C.	R. C.	Gr. n. un.	H. Conf.	Ang. Conf.	Hebr.	Prot. Sch.
Beregszász	—	361	1530	5	2696	32	1170	50
In Filialibus								
Asztély	1½	12	50 —		288 —		17 —	
Badaló	2¼	5	15 —		767 —		90 —	
Bakta Allod. Dominale	1	20	20 —		20 —		— —	
Borzsova	1½	16	60 —		300 —		67 —	
Búc u	¾	37	140 —		89	6	30 —	
Csaroda	2¾	9	12 —		551 —		32 —	
Csoma (Csuma) cum Eccl lign. ad Protect. B. M. Virg.	2¾	287	30 —		50 —		30	38
Cantor una Docens interim. Joannes Gabóda								
Fejérvize	2¾	10	2 —		312 —		16 —	
Gecse	2¼	36	20 —		171 —		6 —	
Halabor	4	5	14 —		312 —		30 —	
Hete	4	11	10 —		377 —		15 —	
Macsola	2¾	49	60 —		154 —		14 —	
9. **Sztrojna** pag. dist. Ungvár. 7½ mill. Par. ant. Eccl. mur. ad S Mich. Arch. Dom. Par. mur. Lib. Coll Epp. Lingva Ruth. Matric. hab. ab a. 1785. suppl. congr. par. comp. 213 fl. perc. in off. Trib. Munkács. Ult. posta Szolyva.

Administrator R. D. Joannes Gerzánics nat. 1830. ord. 1855.

Cantor una Docens: Basilius Osztrónka. Prol. Sch. 84.

	Animae						Dist. a Matre Hor.
	Gr. C.	R. C.	Gr. R. R.	H. C.	A. C.	Hebr.	
In Matre	534	—	—	—	—	26	
In Filialibus							
Csernik	73	—	—	—	—	8	¼
Brusztó-Patak	61	—	—	—	—	7	¾
Summa	668	—	—	—	—	41	

10. **Szuszkó** pag. dist. Ungv. 6¾ mill. Par. ant. Eccl. lign. ad S. Nicolaum Epp. in cujus locum erigitur nova mur. Dom. Par. mur. Lib. Coll. Epp. Lingva Ruth. Matr. hab. ab a. 1787. Suppl. congr. par. comp. 153 fl. 2 kr. perc. in off. Trib. Munkács. Ult. posta Polena.

Parochus: A. R. D. Joannes Szilvay nat 1838. ord. 1862.

Cantor una Docens: Petrus Popovics, Prol. Sch. 52.

In Matre	154	4	—	—	—	27	
In Filialibus							
Pászika, cum Eccl. mur. ad S. Mich. Arch.	356	10	—	—	—	32	¾
Cantor una Docens: Alexius Penyák. Pr. Schol. 63.							
Nota. Hic loci natus fuit Illmus D. Gregor. Tarkovics, Primus olim Eppus Eperjesensis, initio anni 1841. in Dno pie defunctus.							

	Animae						Dist. a Matre Hor.
	Gr. C.	R. C.	Gr. n. u.	H. C.	A. C.	Hebr.	
Jobbovicza	219	4	—	—	—	16	Conttg
Ervinsdorf (Novoje-Szelo)	1	85	—	—	—	—	3/4
Summa	730	103	—	—	—	75	

In hoc Districtu reperiuntur.

Parochi	6
Administratores	3
Ecclesiae in Matribus	10
„ in Filialibus	8
Animae Gr. cath.	8030
Proles Scholares	1069

VIII. DISTRICTUS VERECZKENSIS.

Denominationem suam accepit a gremiali oppido Vereczke

Vice-Archi-Diaconus.

A. R. D. JOANNES KISS, Parochus Volóczensis et Districtus sui Schol Nationalium Inspector.

Notarius Districtualis.

A. R. D. JOANNES HALAKTOVICS, Parochus Felső-Vereczkensis.

PAROCHIAE:

1. **Felsö-Kis-Bisztra** (Visnyoje-Bisztroje) pag. dist. Ungvár 11 mill. Par. ant. Eccl. lig. ad Descens. Spir. S. Dom. Par. mur. Lib. Coll. Epp. Ling. Ruth. Matr. hab. ab a 1819. Suppl. congr. par. comp. 186

fl. 35¾ kr. perc in off. Trib. Munkács. Ult. posta Alsó-Vereczke.

Administrator: R. D. Theodorus Szabad nat. 1850. ord. 1875.

Cantor una Docens: Theodorus Matola Pr. Schol. 15.

	Animae						Dist. a Matre Hor.
	Gr. C.	R. C.	Gr. n. u.	H. C.	A. C.	Hebr.	
In Matre	125	—	—	—	—	8	
In Filialibus							
Kotilnitza	150	—	—	—	—	6	¼
Tissova, cum Eccl. lig. ad S. Bas. Magn. Cantor una Docens: Joannes Loput. Prol. Schol. 15.	168	—	—	—	—	13	1½
Medvezsa	100	—	—	—	—	14	1¾
Bilaszovicza	73	—	—	—	—	9	1
Miskarevitza, cum Eccl. lig. ad S. Nic. Epp. Cantor una Docens: Basilius Durnevics. Pr. Sch. 12.	109	—	—	—	—	15	1
Borszucsina	78	—	—	—	—	8	1¼
Summa	803	—	—	—	—	73	

2. **Bukócz** (Bukovetz) pag. dist. Ungvár. 11 mill. Par. ant. Eccl. lign. ad Descens. Spir. S. Dom. Par. mur. Lib. Coll. Epp. Lingva Ruth. Matric. hab. ab a. 1819. Suppl. congr. par. comp. 283 fl. 8½ kr. perc. in off. Trib. Munkács. Ultima posta Alsó-Vereczke.

Parochus: Vacat.

Cantor una Docens: Basilius Vladimir. Pr. Sch. 41

In Matre	355	—	—	—	—	8	
In Filiali							
Perekreszna, cum Eccl. lig. ad Praes. B. M. V. Cantor una Docens: Michael Grigásy. Pr. Sch. 19.	132	—	—	—	—	15	1¼
Summa	487	—	—	—	—	23	

3. **Hukliva** (Huklivoje) pag. dist. Ungvár 11 mill. Par. ant. Eccl. lig. ad Desc. Spr. S. Dom. Par. mur. Lib. Coll. Epp. Lingva Ruth. Matr. hab. ab a 1770. Suppl congr. par. comp. 199 fl. 70 kr. perc. in Off. Trib. Munkács. Ult posta Alsó-Ve eczke.

Administrator R. D. Joannes Malczovszky nat. 1812. ord. 1837.

Cantor una Docens: Georgius Sztegura. Prol. Sch. 60.

	Animae						Dist. a Matre Hor.
	Gr. C.	R. C.	Gr. R. U.	H. C.	A. C.	Hebr.	
In Matre	777	2	—	—	—	131	
In Filialibus							
Talamás, cum Eccl. lig. ad An. B. M. V.	141	—	—	—	—	21	3/4
Cantor una Docens: Georgius Paulisin Pr. Sch. 15.							
Veretecső	72	—	—	—	—	21	Contig
Dorosó	3	—	—	—	—	—	1
Summa	993	2	—	—	—	173	

4. **Laturka** Pag. dist. Ungv. 11½ mill. Par. ant. Eccl. mur. ad Nat. B. M. Virg. Dom. Par. lig. Lib. Coll. Epp. Ling. Ruth. Matr. hab. ab a. 1819 Suppl. congr. par. comp. 219 fl. 48½ kr. perc. in Offo Trib. Munkács. Ult. posta Alsó-Vereczke.

Administrator R. D. Georgius Szoták nat. 1819. ord. 1853.

Cantor una Docens: Joannes Timkovits. Prol. Schol. 40.

In Matre	590	5	—	—	—	43	
Summa	590	5	—	—	—	43	

5. **Pudpolócz** (Podpolozja) pag. dist. Ungvár 9 mill. Par. ant. Eccl. mur. ad Protect. B. M. V. Dom. Par. lig. Lib. Coll. Epp. Lingva Ruth. Matric. hab. ab a. 1780. Suppl. congr. par. comp. 190 fl. 6 kr. perc. in off. Trib. Munkács. Ult. posta Alsó-Vereczke

Administrator R. D. Emilianus Holovácskó, natus 1849. ord. 1875.

Cantor una Docens: Michael Hodinecz. Prol Schol. 20.

	Animae						Dist. a Matre Hor.
	Gr C.	R. C.	Gr. R. U.	H. C.	A. C.	Hebr	
In Matre	201	3	—	—	—	21	
In Filialibus							
Felső-Kis-Hrabónicza	162	6	—	—	—	10	1½
Nagy-Ábránka cum Eccl. lig. ad Praes. B. M. V.	203	2	—	—	—	18	2
Cantor una Docens: Theod. Pindzely. Pr. Sch. 25.							
Kis-Ábránka	83	—	—	—	—	5	1
Jalova, cum Eccl. lig ad Asc. D. N. J. Ch.	88	—	—	—	—	6	1
Zagyilszka, cum Eccl. lig. ad S. Nicol.	150	—	—	—	—	18	2
Docens: Basilius Vladimir. Pr. Sch. 20.							
Pudholitska	3	—	—	—	—	6	¾
Romanótz	37	—	—	—	—	4	¼
Voloszata	2	—	—	—	—	2	1¾
Rozgyilja	2	—	—	—	—	4	1½
Slóg nov. colon.	14	22	—	—	—	4	1
Voronó Allod.	6	11	—	—	—	1	2
Summa	951	44	—	—	—	99	

6. **Rosztoka-Nagy** (Velika-Rosztoka) pag. dist. Ungv. 12 mill. Par. ant. Eccl. vicem sub. inter. Capella. Dom. par. lign. Lib. Coll. Epp. Lingva Ruth. Matr. hab. ab a. 1819. Suppl. congr. par. comp. 232 fl. 12 kr. perc. in off. Trib. Munkács. Ult. posta Alsó Vereczke.

Int. Administr. R. Theodorus Pák, natus 1824. ordin. 1850.

Cantor una Docens: Inter. Simeon Sztegura. Prol. Sch. 20.

	Animae					Dist. a Matre Hor.
	Gr. C.	R. C.	Gr. n. u.	H. C	A. C. Hebr.	
In Matre	207	—	—	—	— 13	
In Filialibus						
Kis-Rosztoka	260	—	—	—	— 6	1/4
Kicsorna	230	—	—	—	— 4	1/4
Summa	697	—	—	—	— 23	

7. **Serbócz** (Serbuvczi) Pag. dist. Ungv. 10 mill. Par. Ant. Eccl. nulla. flamm. comb. Dom. par. mur. Lib. Coll. Epp. Lingva Ruth. Matr. hab. ab a. 1822. Suppl. congr. par. comp. 240 fl. 32 kr. perc. in Off. Trib. Munkács. Ult. posta Alsó-Vereczke.

Administrator: R. D. Basilius Mészáros nat 1852. ord. 1876.

Cantor una Docens: inter. Michael Bihun. Prol. Schol. 33.

In Matre	265	—	—	—	— 8	
In Filialibus						
Páskócz	40	6	—	8	— 10	1
Zbuna	41	12	—	—	— 6	1
Zsdenyova, cum Eccl. lig. ad S. Nic. Epp.	191	36	—	6	14 18	1 1/2
Cantor una Docens: Andreas Vladimir. Pr. Schol. 42.						
Summa	537	54	—	14	14 42	

8. **Szkotárszka** pag. dist. Ungv. 11. mill. Par. ant. Eccl. lign. ad S. Mich Arch. Dom. Par. mur. Lib. coll. Epp. Lingva Ruth. Matr. hab. ab a 1782. Suppl. congr. par. comp. 217 fl. 26 kr. perc. in off. Trib. Munkács. Ult. posta Alsó-Vereczke.

Parochus A. R. D. Basilius Karpinetz, natus 1824. ord. 1850.

Cantor una Docens: Theodorus Ihnászj. Prol. Schol. 66.

	Animae						Dist. a Matre Hor.
	Gr. C.	R. C.	Gr. n. u.	H. C.	A. C.	Hebr.	
In Matre	423	4	—	—	—	53	
In Filiali Szvalyavka	166	—	—	—	—	10	Contig
Summa	589	4	—	—	—	63	

9. **Verbjás** pag. dist. Ungv. 10½ mill. Par. ant. Eccl. nulla. Dom. Par. mur. Lib. Coll. Epp. Lingva Ruth. Matr. hab. ab a. 1818. Suppl. congr. par. comp. 198 fl 75 kr. perc. in off. Trib. Munkács. Ult. posta Alsó-Vereczke.

Administrator: R. D. Acacius Lyachovits natus 1851. ord 1876.

Cantor una Docens: Michael Pindzely. Prol. Schol. 19.

In Matre	87	—	—	—	—	15	
In Filialibus							
Kis-Uj-Rosztoka	185	—	—	—	—	19	¾
Petruszovicza	119	—	—	—	—	10	¼
Hluboka-Patak	58	—	—	—	—	3	Contig
Bablyuk	7	—	—	—	—	—	
Summa	456	—	—	—	—	47	

10. **Vereczke-Alsó** oppid. dist. Ungvár. 10 mill. Par. ant. Eccl lign. sed erig. nova mur. ad Ascens D. N. I Christi. Dom. par. mur. Patr. Excel. D. Comes Ervinus a Schönborn. hab. S. syst. et ab a. 1774. Matric. Ling Ruth. Suppl. congr. par. comp. 198 fl. 80 kr. perc. in off. Trib. Munkács. posta in loco.

Administrator: R. D. Joannes Szabados. 1838. nat. et 1861. ordin.

Cantor una Docens: Paulus Kurách. Pr. Sch. 60.

In Matre	630	115	—	3	—	520	
In Filialibus							
Zavadka, cum Eccl. mur. ad Ascens. D. N. J. Ch	220	—	—	—	—	46	½

	Animae						Dist. a Matre Hor.
	Gr. C.	R. C.	Gr. n. u.	H	C	A. C. Hebr.	
Cantor una Docens: Petrus Taczják. Prol. Sch. 46.							
Pereszirova	181	—	—	—	—	35	1/4
Summa	1031	115	—	3	—	601	

11. **Vereczke Felső** (Visnyi-Vereczki) pag. dist. Ungv. 10 mill Par. ant. Eccl. mur. ad Nativ. B. M. V. Dom. Par. mur. Lib. Coll. Epp. Lingva Ruth. Matric. hab. ab a. 1788. Supp'. congr. par. comp. 157 fl. 37 kr. perc. in off. Trib. Munkács. Ult. Posta Alsó-Vereczke.

Parochus: A. R. D. Joannes Halaktovics natus 1829. ord. 1853.

Cantor una Docens: Alexius Loput. Prol. Schol. 30.

In Matre	376	2	—	—	—	94	
In Filialibus							
Drahusócz	118	—	—	—	—	20	1/4
Beregòcz	70	—	—	—	—	—	Contig
Lázárpatak	130	—	—	—	—	9	1/4
Timsor, cum Eccl. lig. ad S. Mich. Arch	400	—	—	—	—	47	1
Cantor una Docens: Theod Zininetz. Pr. Schol. 36.							
Summa	1094	2	—	—	—	170	

12. **Volócz** (Volovecz) pag. Dist. Ungv. 10 mill., Par ant. Eccl. lign. ad Ascens D. N. J. Chr. Dom. Par. mur. Lib. Coll. Epp. Ling. Ruth. Matr. hab. ab anno 1781. Suppl. congr. par. comp. 130 fl. 20 kr. perc. in off. Trib. Munkács. Ult. posta Alsó-Vereczke.

Parochus: A. R. D. Joannes Kiss, nat. 1820. ord. 1846.

Cantor una Docens: Basilius Dóri. Prol. Schol. 65.

	Animae						Dist. a Matre Hor.
	Gr. C.	R. C.	Gr. n. u.	H. C.	A. C.	Hebr.	
In Matre	488	17	—	2	—	60	
In Filialibus							
Kánora, cum Capella ad S. Mich. Arch.	435	—	—	—	—	50	2/4
Cantor una Docens: Theodorus Magyar, Prol. Schol. 48.							
Magyarovicza	69	—	—	—	—	—	Contig
Mola Volócensis	7	—	—	—	—	—	
Zányka Divers.	4	—	—	—	—	—	
Almamező	39	—	—	—	—	7	
Summa	1042	17	—	2	—	117	

In hoc Districtu reperiuntur:

Parochi	3
Administratores	8
Ecclesiae in Matribus	10
Interimales Capellae	2
Animae Graeci Rit. Cathol.	9270
„ Rom. Cath.	243
„ Graeci n. un.	—
„ Helv. Conf	19
„ Aug. Conf.	14
„ Hebraei	1474
Proles Scholares	1057

II.

ARCHIDIACONATUS MARAMAROSENSIS

IN COMITATU EJUSDEM NOMINIS.

Archi-Diaconus una Vicarius Eppalis Foraneus Maramarosensis:

Rssimus D. ALEXANDER FANKOVICS Parochus Szigethensis.

DE EPISCOPATU ET VICARIIS MARAMAROSENSIBUS.

Nulli subest dubio: clerum et populum Comitatus Máramaros ante quam Vicarii illuc Epporum Munkacsensium introducti essent, proprios, independentes a Nostratibus Eppos habuisse, quamvis caeterum satis una constet, honorem hunc iisdem intercapedine vix septuaginta annorum obtigisse. Et quod quidem existentiam Eppatus Máramarosensis adtinet id praeter ininterrup'am, vigentemque adhuc oralem popularium traditionem vel eo jam haud improbabiliter arguitur: quod ab Eppo Munkácsensi Michaele M. Olsavszky (1743.) ad Eppum usque Basilium Taraszovics (1636) omnes retro Praesules nostri, tum in solennioribus decretis, tum passim et per eosdem in usum Ecclesiarum consecratis antimensiis, titulo quoque Epporum Maramarosensium constanter usi sint. Accédit: Eppum Gabrielem G. Blazsovszky a SS. Apostolica Sede 1738. 20-a Octobris confirmatum, facultates Pontificias in clerum et fideles Cottus Máramaros seorsim et anno demum 1741. 6-a Octobris impetravisse, cujus quidem nulla profecto ratio fuisset: nisi staret praesumptio: praeadductos clerum et fideles nullo antea spirituali, ordinario saltem et

legitimo erga Eppos Munkacsenses subjectionis vinculo fuisse obligatos. Quo tamen res apertior adhuc redditur, aut et plane demum conficitur, est: Series Inquisitionis*), quae ad preces Eppi Munkács. Georgii Gennadii Bizanczy, virtute Ordinum a Georgio Foglár, Eppi Agriaensis Comit G. Ant. Erdődy in Spirit. Vicario dimissorum, in Cottu Máramaros mense Martio a. 1725. per Procopium Hodermárszky Vic. Mar. et P. Andream Kovács Ord. S. Francisci Presbyterum. ea de causa suscepta et perfecta est: quod Eppus Fogarasensis (in Transylvania) Joannes Pataky juri-dictionem sibi in fideles Cottus Máramaros arrogare, imo eam ipsa re usurpare quoque coeperit. — Ex fidedignis sane trigintaocto testium fassionibus, qui omnes Presbyteri Curatique una Parochiarum Maramarosensium erant, indubie liquet: post decessum Eppi Munkács. Basilii Taraszovics (1648.) plenariam successive in Cottu Máramaros jurisdictionem Eppalem exercuisse: Joannicium Zékány, Methodium Rakoveczky, Josephum Sztojka, et Dosotheum Theodorovics.[1]) Quod ipsum, quantum saltem Joseph. Sztojka et Dosotheum Theodorovics concernit, tenore quoque praemissorum Inquisitioni „punctorum deutri" confirmatur, quum punctis his, hoc est propositis ad accersitos testes quaestionibus, communis una de statu eccles. administrativo C. Máramaros, tum Agriaensium tum et Munkacsensium opinio expressa sit.[2])

Negari quidem nequit: Joannicium Zékány et Methodium Rakoveczky ab exauditis, in praefata Inquisitione testibus, Eppos Munkacsenses nominari, ut primo obtutu facile exinde suspicari pronum esset, non ibi de illis tamquam seorsivis Marmaticis Eppis agi: — cum tamen aliunde constet: et primum et alterum legitime quidem electos, non tamen Regia auctoritate confirmatos Munkácsenses Eppos fuisse, atque utrumque idcirco Munkacsino sede antea sua, decedere quoque oportuisse; (J. Zékány 1660. M. Rakoveczky 1690. 29. Julii); cum porro testes supramemorati fateantur dictos Eppos ad tempus usque Eppi Josephi Sztojka (ad an. cir. 1692.) Episcopalem in Marmatia potestatem

*) Vide Manuscr. M. Lucskay. Tom. III. pag. 163.

1) Vide pag. 160. — 2) Vide pag. 161.

exercuisse, — nihil omnino obstat, quominus eos pro talibus habeamus, qui aliquanto saltem tempore (J. Zékány ab a. 1660—1684. M. Rakoveczky vero ab a 1690—1692) proprii, hoc est solius solummodo Marmatiae Episcopi fuerint; — id quod ex exstante quoque Eppi J.J. de Camillis propria ejus manu exarato Diario haudquaquam obscure colligitur. Quamvis enim crebra ibidem fiat mentio omnium eorum aut presbyterorum aut integrorum etiam Decanatuum, qui ex omnibus reliquis Dioecesis Munkacsensis Comitatibus unionis profitendae gratia eum adiverint, nulla tamen omnino hoc respectu Cottus Máramaros in dicto Diario memoria occurrit; imo ne de eo quidem quidquam ibidem reperire est: an Eppus J.J. de Camillis aut fidem Maramarosensium aut eorum in se animos quodemumcunque modo experiri tentaverit, quod quidem fecisse se alibi, signanter vero in Cottu Szepes fideliter idem in Diario suo adnotat, haec enim (dd-to 23-ae Junii a. 1690) ibi legimus „scripsi Venerabili Capitulo Scepusieusi, ut cogant presbyteros meos ad mei obedientiam venire." Quamvis porro et hic Episcopus Maramarosensem quoque se Eppum scripserit, diligenterque ac minutatim Diario suo intulerit, sicubi aut Synodum celebrasset, aut Ordines vel Parochiam cuipiam contulisset, aut si in quosdam suspensione, vel alia censura aut mulcta animadvertisset, nusquam tamen in Diario eodem effendimus in notam, quae ad Presbyteros aut fideles Cottus Máramaros referretur: — unico solum casu excepto, (dd-to 19-ae Sept. 1691.) quo tamen majus adhuc additur sententiae quam adstruimus robur, quum enim dicat ibidem Eppus ideo se presbyterum quempiam ab officio suspendisse, quia fuit consecratus in Máramaros, facilis est conclusio: exstitisse tum quemdam in Cottu hoc, qui Eppalia munia exercuerit, qui alius praeterquam Uglyae tum residens Method. Rakoveczky esse non potuit. Demum idem J.J. de Camillis insertum dicto Diario suo habet (de anno 1690.) Joannicium Zékány ante annos sex (a 1684.) quemdam Verecsanszkyum Presbyterum ordinasse, manifesto indicio: eum nec post suum Munkacsino discessum ab excercitio muniorum Eppalium destitisse, quod cum is, in Cottibus jurisdictioni Eppi

J.J. de Camillis obnoxiis facere non potuerit, id eum in Marmatia factitasse censendum est.*)

Si jam cuncta haec, quae ex Diario Eppi. J.J. de Camillis hactenus adduximus, cum declarationibus testium antefatae Inquisitionis conferantur, vix credo posse a quopiam, nisi fors idem in plena luce de industria coecutire vellet, in dubium trahi: fuisse quondam tempus, etsi — ut dictum supra — breve satis, quo clerus et populus Marmatiae separatum a nobis spiritualem gregem constituerit, suosque a nullo alio dependentes Episcopos habuerit!

Quaestionem utrum Marmatia proprios unquam et ante tempora Eppi Joannicii Zékány Eppos habuerit, ut otiosam et superfluam data opera missam hic facimus **)

Pluris interest nosse, at et difficilior una diremptu quaestio est: an Eppi Marmatici, segregati a Dioecesi-Matre, a communione quoque Ecclesiae Catholicae desciverint, et universim, an clerus et populus Marmatiae, post sui ab Eppatu Munkácsensi secessum, sacrae etiam cum Ecclesia Catholica unionis vinculum dissolverint nec ne? cum tamen quaestioni huic, quantum ad rem nostram adtinet, aliquantum momenti insit, eam hic loci pro modulo paucis examinaturi sumus. Et sunt profecto indicia eaque fida satis et gravia, quae innuant: Maramarosenses postquam jugum Epporum Munkacsensium excusserunt, a potiori saltem parte, uberibus communis omnium Christifidelium Matris destitutos, naufragium etiam circa fidem incurrisse. Illud certe nemo in dubium

---

*) Eppus J. Zékány postquam Munkacsino discesserat, stabilem sedem in pago Miszticze (Cottu Beregh) fixit, ubi et patrimonialia bona possidebat, saepius tamen Ugl ae quoque (Cottu Máramaros) in Monasterio Ord. S.B.M. commorabatur, quod ordinarium deinceps subsequentium Epporum Máramarosensium domicilium erat.

**) Examinandae quaestioni huic diutius immorari nullius sane frugis foret, cum in propatulo alioquin sit: ab Eppo B. Taraszovics ad ipsum retro tempus primi, qui notus in historia nostra est, Eppi Joannis, (1491) eosdem nobiscum et Marmatas Eppos habuisse; — de eo vero, quomodonam antea hic se res habuerint, cum omnia prorsus eatenus nos deficiant documenta nihil omnino sciri potest.

vocaverit, supramemoratos Eppos Maramarosenses, omnes ad unum, ab Eppis Schismaticis esse consecratos; quodsi tamen et nulla hujusce circumstantiae ratio haberetur, — ad manus sunt documenta quae doceant: nec Joannem Zékány, Petro Parthenio (1660.) nec Methodium Rakoveczky, Eppo J.J. de Camillis (1690.) legitimis per omnia, tum enim a Rege cum et a Pontifice confirmatis Munkácsensibus Praesulibus, se subdere voluisse, qui cum una nec ab exercitio jurium Eppalium (in Cottu Máramaros) abstinuerint, si et non illos inter manifestos Schismaticos numeraremus, affirmari tamen omni jure potest: eos hac agendi ratione, nihil obstante legitima eorum electione, — fidem quoque suam, multum saltem suspectam reddidisse, quod idem et de adhaerente iisdem clero haud temere existimandum est. Quod autem religiosa cleri et populi sensa sub Eppo Maram. Josepho Sztojka respicit, in productis infra, punctis deutri (2-o) apertis verbis enunciatur: eos unionem cum S. R. Catholica Ecclesia pro tunc acceptare abnuisse, de ipso vero Josepho Sztojka complures ex exauditis in supra-indicata Inquisitione testibus fatentur: „Eum nullatenus unionem cum S. Romana Ecclesia acceptare voluisse“ (vide pag. 161.) Post mortem tamen Eppi Josephi Sztojka,*) aliam longe res faciem induere coepit. Quamvis enim successor ejus Dosotheus Theodorovics, quemadmodum et ipse J. Sztojka titulo Eppi Orthodoxi (subintellige: disuniti) usus sit, imo in decreto Regis Caroli VI. de anno 1720. 22-a Augusti, expressis quoque verbis Eppus Schismaticus nominetur, — parsque potior tum cleri tum populi ad initium potissimum coepti per eum Eppatus, partes ejusdem secuta sit, — multos tamen et tum jam in clero Marmatiae exstitisse: qui nuncium schismati miserint, vel inde jam jure conjicitur: quod ad Synodum, per Epp. J.J. Hodermarszky M. Szigethinum anno 1715. mense Februario indictam multi sat presbyteri comparuerint, qui palam ibidem et solenniter unionem professuri erant, nisi per subornatos a dissidentibus Magistra-

*) Tempus mortis Eppi Jos. Sztojka ignoratur, constat tamen eum anno 1711, 24. Maji in vivis adhuc fuisse. (Vid. M. Luckay Tom. III. pag. 107.)

tuales Cottus, re non confecta, domum dissilire adacti essent. Quod autem sensim atque vivo adhuc Eppo Dosotheo omnis fere Marmatiae tum clerus tum populus ejurato schismate sacra Ecclesiae Catholicae amplexus sit, ex eo fit manifestum: quod Joannes Pataky Eppus unitus Fogarasensis — (ut supra jam meminimus) — jus sibi in Marmatiam vindicaverit, eamque jurisdictioni suae subjicere omni studio elaboraverit, nunquam certe id periclitaturus, nisi supponamus: clerum ac fideles Cottus Maramaros aut unitos jam, aut saltem unioni suscipiendae proximos fuisse. Hoc ipsum demum eo quoque confirmatur: quod Maramarosenses tempore, quo propriis gaudebant Eppis, etsi amica passim in rebus religionis erga vicinos schismaticos studia prodiderunt, nunquam tamen a Metropolitis eorum, tamquam superiori ecclesiastica auctoritate dependerint, cumque Eppus eorum Dosotheus ab Eppo Munkacsensi G. G. Bizanczy suspensus atque ab exercitio jurium Eppalium civili etiam potestate inhibitus esset (1720), turmatim ad sacra Catholica redierint; sub regimine vero Eppi S. Stephani Olsavszky (1733) reliquiae etiam dissidentium nullo fere negotio ad avitum ovile reductae sint, ut activitas coeci jam ob senium Eppi Dosothei ad vagorum solum quorumdam candidatorum clancullariam consecrationem restricta sit, postque mortem ejus (1734) vix memoria extincti schismatis permanserit!

Nobis profecto videtur: nascens in Marmatia schisma, non rem fidei, quam magis rem honoris, aut commodi fuisse. Amoto a solio Eppali Joannicio Zókány, non placuit fieri membrum, cum caput antea esset! En! hinc derivata clades in clerum populumque fluxit! Vae! quod Marmatia acatholicis eotum Transylvaniae Principibus paruerit, qui et praesidio et fomento fors schismati erant, secus aut nunquam ibi spectrum schismatis caput extulisset, aut mox certe ut primum apparuit, depelli etiam potuisset. Sed et sic motus religiosi, qui clerum et fideles Cottus Máramaros plus medio saeculo moleste satis exagitabant, nubes solum aut nimbi erant, quibus brevi dissipatis, laetus post nubila S. unionis Sol eo clarior illuxit!

Non est hic silentio praetereundum, praeter auxilium, quod desursum est, praeterque vigilantiam Eppo-

rum Agriensium, praesidium item supremae civilis auctoritatis, ac opem demum PP. Piaristarum M. Szigethensium, qui et consilio et officiis praesto semper nostratibus erant, — Eppos Munkácsenses ad religiosas, in Cottu Máramaros, turbas componendas eo quoque multum contulisse: quod post fata Eppi Jos. Sztojka in dissita illa, ac ad iter faciendum, tum praesertim, impeditissima ora, primum quidem — ut ajunt — ambulantes, tum vero mox et locales Vicarios introduxerint.

Vicario Eppali in Cottu Máramaros, eo potissimum tempore, summe profecto opus erat, quorum utpote praesentia ac auctoritate et animi eorum, qui fidem servaverunt, quique ab ipso principio turbarum frequentes ibi semper erant, arrigerentur ac firmarentur, — et errantes aut seducti eo securius ad meliorem frugem reducerentur, temerarii denique tumultuantium ausus coërcerentur ac paulatim saltem penitus quoque succiderentur et supprimerentur. Sed et parta jam feliciter pace, non absque summo discrimine fieri potuit: quin Vicariatus Eppalis porro quoque ibidem perduraret; sollicite enim cavendum erat: ne molitores novarum rerum, aut perversis clam artibus, aut subito etiam impetu, repurgato jam in dominica area tritico, zizania denuo intermiscere adtentarent, revectusque tanto negotio ad saniora pius christifidelium grex, salvus tutusque per omnia conservaretur; imo et ipsa demum ratio recte administrandae pervastae tum ac populosissimae Dioecesis (742 paroch.) ac ratio etiam aequitatis in reversos ad Unionem Marmatas postulare videbatur: ut sit qui in extremis illis Dioecesis finibus, inter fideles praesertim diversi labii (ruthenos, romanos, hungaros) vices Eppi jugiter sustineat, uno pacto Máramarosenses pro jactura Eppatus, honore saltem et beneficio Vicariatus quadamtenus compensarentur; — quod utrumque multum simul ad convalescendam quoque unionem roboris habuisse, quilibet facili certe negotio sibi persuadebit!

1. Est vero initium Vicariatus Eppalis in Cottu Máramaros ab Eppo Munk. J. J. Hodermarszky repetendum, qui evocato ex Polonia fratre suo Procopio,

	Ab anno	Ad annum
erudito et sagaci Monacho, ejusdem opera animos sensim ad revehendam in dicto Cottu unionem praeparare adnisus est. Hic idem Procopius Hodermarszky ab Eppo quoque G. G. Bizanczy, cujus ab anno 1717. Capellanum aulicum, Auditoremque causarum agebat, in Vicariatu confirmatus, (1723.) inquisitionem, cujus pluries jam meminimus, prospero satis successu peregit (1725.) finisque citra dubium, religionariis in Cottu Máramaros contentionibus, eo res moderante, tum jam factus esset, nisi eum morte insperata praeveniri contigisset, et nisi Bar. Joannes Klein, Eppus unitus Fogarasensis, qui mortuo Eppo Joanne Pataky (1728. 14-a Febr.) successit, desperato Praedecessoris sui consilio insistens, jus rursus Epporum Fogarasensium in Marmatiam appetere ac etiam prehensare, mentesque eo fidelium romanici potissimum labii, irrito utique conatu, commovere in animum induxisset!		
Agente Vicario Procopio Hodermarszky ex beneficentia zelosi cujusdam saecularis viri, Rudolphi Eldbeck Sal. Inspectoris (M. Szigeth) a. 1722—1723. fundus pro aede officii Vicariatus comparatus est, in quo hortatu perinde supralaudati Vicarii, ex benevolis cleri Marmatici oblatis, ipsa brevi etiam domus exsurrexit.	1723	1726
2. Procopio Hodermarszky successit Simeon Olsavszky, qui cum et generalis una Eppi G. G. Bizanczy Vicarius esset, cumque praeterea Vic. Maramarosensis ad id tempus omni adhuc dotatione careret, assiduam inibi residentiam non habuit, jus tamen in jurisdictionem Epporum Munkacsensium in Cottu Maramaros fortiter, cum usus adesset, propugnavit, imo hoc eodem in negotio, qua deputatus		

	Ab anno	Ad annum
cleri ad Altissimum etiam C. R. Thronum coram supplex flagitavit	1729	1733
Simeone Olsavszky a. 1733. ad Thyaras Munkácsenses promoto. Vicariatus Maram. ad annum usque 1739. per Curatum Maram.-Szigethensem Joannem Kupcsenko administrabatur, virum haudquaquam a litteris clarum, cum tamen fidelem se ac accuratum in commissis sibi ab Eppo, Villicum praestitisset, res in Marmatia tantum abest, ut in pejus deflecterent, ut potius mortuo interim (1734.) e tabe senili Dosotheo, recedentibusque demum a proposito Eppis Fogarasensibus, diu anhelita, plena ac finalis cleri et populi Marmatici pacificatio, et si non eo imprimis promotore, eo tamen saltem administro et adjutore tandem subsecuta est!	1733	1739
3. Ab anno 1740. munus Vicariatus in manus Gregorii Bulko Proto-Hegumeni antea Ord. SBM. transivit. Est suspicio, eaque vero satis similis electionem Eppi G. G. Blazsovszky, dum de constituendo Vicario Maramaros meditaretur, praeter singulares dicti Religiosi viri dotes, ea etiam de causa in eum incidisse: quod Vicariatus Maramarosensis, justis proventibus adhucdum orbus, commodius poterat per monachos procurari, qui utpote et minus indigerent, et spes una illis esset fore: ut exigua eorum e Cathedratico Eppali (Vicarialis) provisio, ex stipe Monasteriolorum, quae frequentia tum in Marmatia erant, suppleretur. (V. M. Lucskay Tom. V. c. 52.) Mortuus est Vicarius hic anno 1742. 22-a Novembris in Monasterio supra Bocskó, sepultus vero in Ecclesia Monasterii Fejéregyházaensis.	1740	1742

	Ab anno	Ad annum
4. Successor G. Bulko fuit Joannes Blazsovszky, cognatus Eppi G. G. Blazsovszky, ad cujus latus, mortem usque ejus Auditoris causarum munere fungebatur Eppus M. M. Olsavszky ut eum honorifica sub specie ab aula Eppali removeret, Vicarium illum Maramarosensem nominavit, una vero primo eousque exemplo, juramentum quoque obedientiae et fidelitatis ab eo exegit. Vicariatus tamen J. Blazsovszky ne uno quidem completo anno duravit. Obiit M.-Szigethini, propeque Praedecessoris sui cineres, quemadmodum id moriturus ipse exoptaverat, in Monasterio Fejéregyházaensi tumulo illatus est.	1743	1744
5. Mortuo J. Blazsovszky, Andreas Bacsinszky parochus antea (et Vice-Archi-Diaconus) Tarnókaensis, vir — secundum J. Basilovics — politus et tum a doctrina tum a rebus gestis non obscurus, atque ad publica gerenda perquam idoneus — in Vicarium Máramaros. denominatus est, a. 1748. 18. Julii. Sub ejus Vicariatu fatis cedente Joanne Kupcsenko (1747.) munus quoque Parochi g. c. communitatis M.-Szigethensis cum Vicariatu conjunctum est. Ejus porro cura et impensis fundus pro Ecclesia emptus, inque eo ligneum, ex possessione Szacsal advectum templum erectum, cum antea pia PP. Piaristarum hospitalitate, nostra quoque sacra in Sacello eorumdem Patrum celebrarentur. Fertur: eum propterea, quod facultatem et pro exstruendo et pro benedicendo modomemorato templo, posthabito Dioecesano Regimine, recta ab Eppo Agriensi petierit et impetraverit, gratia Eppi M. M. Olsavszky excidisse, paulloque post, seu sub praetextu sive ob causam quorumdam abu-		

	Ab anno	Ad annum
suum, eo nihil opitulante: quod et titulo interea Protonotarii Apostolici condecorari meruerit, — loco cedere debuisse, (1754.) primumque H.-Doroginum, tum vero in oppidum S.-A.-Ujhely pro Parocho relegatum esse, ubi brevi mortuus quoque est. (1758.)	1746	1754
6. Hunc excepit: Daniel Haurilovics, initio Par. Homonnaensis, post vero causarum in aula Episcopi Auditor. Tradunt: virum fuisse bene eruditum et in theologicis potissimum disciplinis haud mediocriter versatum, cui tamen eo non obstante, parcum Praedecessore obtigit sors. Quid fuerit causae: quod illi ante tempus valedicendum Vicariatui erat (1761), in incerto est, cum J. Basilovics eum: stationem suam resignavisse (Part. III. pag. 85.), Michael vero Lucskay: praemissa inquisitione exauctoratum esse, asseverent. (Tom. IV. Cap. 52.) Obiit in Monasterio de monte Csernek inter contribules suos Basilianos, quorum Ordinem 1764. ingressus, quietus inibi extremum vitae exegit (anno 1782.)	1754	1761
7. Posthinc honor et onus Vicariatus Andreae Zsetkey Parocho Kőrösmezőensi, viro nominis, in oris illis satis clari, collatum est Ejus vigilintia et assiduitate suspecti quidam motus, quos vagus quispiam Eppus (Sinesius e Cottu Arad.) excitaverat, retecti, inque ipso ortu compressi, fundusque una intravillanus pro schola triviali ac impensae etiam aedificii exoperatae sunt. Huic dein primum in Consistorialem Cathedralem, ac mox in Praep. Major. neoerecti Capituli denominato, successit:	1761	1772
8. Michael Taraszovics, Parochus antea Unghvarensis. Hoc sub Vicario, ad		

	Ab anno	Ad annum
preces Eppi Andreae Bacsinszky vigore gratiosissimi ddto 25-ae Octobris a. 1772. emanati Exc. Canc. H. A Intimati ex annuis 400 fl. constans, stabile pro Vicariatu salarium resolutum et assignatum est. Michaele Taraszovics paullo post ad Capitulum E. C. M promoto, in successorem ejus denominatus est:	1772	1778
9. Georgius Kőszegy, Parochus ad id usque tempus Szerencsensis: huic tamen postmodum, cum et oculis graviter laboraret, et ob exactiones quasdam culparetur, in Coadjutorem datus est Alexander Ragáczy (1795.), quo brevi Budam pro Censore librorum Ruthenorum evocato (1800.) praeattactus Vicarius ad interpositas Universitatis I. Cottus Máramaros preces. cum et visum interea recuperasset — officio restitutus est. Famam, quae initio muneris, non usquequaque grata et favens illi erat, ad finem vitae, tum omnimoda morum integritate, cum et pia in commodum egentiorum, e scholastica pube g. cath. juvenum facta 5000 fl. fundatione refecit, et quodammodo resarcivit.	1778	1806
10. Anno 1806. pro Vicario Máramarosensi. Basilius Papp Actualis E. C. M Canonicus dispositus est, quo agente aedificatio novae muratae parochialis Ecclesiae consummata, ipsaque Ecclesia consecrata est. (1808.) Expleto in Vicariatu triennio Bas. Papp reversus est ad Capitulum, excepitque eum:	1806	1809
11. Michael Tabakovics, Professor antea Theologiae, qui in Canonicum subseque denominatus, cessit locum:		
12. Stephano Andruchovics, perinde Theologiae Professori: et hic tamen post brevem, vix biennii moram,		

Canonicus creatus, successorem in Vicariatu habuit:	Ab anno 1813	Ad annum 1815

13. Petrum Anderko. Professorem peraeque Lycei Theologici Unghvarensis Sub Vicario hoc ejusque curis et studio, nova amplaque satis ac venusta Vicarialis domus, impensis Exc. R. H. Camerae, qua Patroni parochiae e materialibus solidis exstructa est. Quamquam autem avulsis 1855. a Dioecesi nostra, cunctis quae finibus Cottus Máramaros continentur, labii romanici parochiis, separatus pro parochiis his, e parte Ven. Reg Dioeces Szamosujvarensis Vicariatus creatus e-set, divi-aque post, una antea g cath. communitas M. Szigetensis, in duas, — ruthenam et romanam — parochias abierit. (1870), dotatio nihilominus et Vicarii et Parochi rutheni, omniaque praehabita aedificia, virtute Altissimorum Ordinum in possessione nostrae Dioecesis relicta sunt. Et dubio procul, praeter longaevam, quam suprafatus Vicarius cum nostratibus habuit necessitudinem, id quoque causae erat: quod licet origine romanus e set, ad dies tamen usque vitae in nostra Dioecesi perseverare maluerit. Magna caeterum Vicario huic apud suos, dum viveret, et fides et auctoritas erat, ut tamquam Patrem et Patriarcham eum gens sua suspiceret et veneraretur, ob servitia potissimum et commoda, quae idem illis tum qua Locumtenens Eppi, et magis adhuc qua vir publico-politicus lubens semper praestare adnisus est. Sed et apud reliquos summa fruebatur vir hic existimatione et observantia, tum ob praeclaras quibus eminebat animi dotes, tum ob labores et studia, quae is sub diuturno, plus quam

	Ab anno	Ad annum
semisaeculari Vicariatu : uo in utramque cum fructu rempublicam exantlavit. Obiit 1869. jun. 2. onustus meritis, cum nonagesimum tertium vitae annum explesset; Succes·or ejus erat:	1815	1869

14. Joannes Fásztelyi, Int. Administrator antea et Vice-Archi-Diaconus Huszthensis, tum vero (ab anno 1867) Archi-Diaconus Maramarosensis. Duo potissimum sunt, eaque haudquaquam parvi aestimanda emolumenta quae, eo Vicariatum Maramarosensem procurante, et parochiae et Vicariatui obvenerunt, in quibus quidem adpiscendis Eppo defuncto Stephano Pankovics summae, praelaudato tamen Vicario primae omnino debentur partes! Prius est: quod eo auctore, ad enixas praememorati Eppi preces, praeexistens Vicarialis domus, benignissimo Exc. H. R. Regiminis annutu, cum nova, Camerae antea H. Regiae propria aede commutata sit, quae et situ vicinior g. cath. parochiali Ecclesiae est, quam fuerat prior, et amplitudine una sua, nec non externa etiam specie, utpote ad duo tabulata exstructa, multum antiquae praestat. Alterum vero: quod ex consilio, assidueque instante eodem Vicario, impensa itidem proxime denati Eppi opera, annuum ex 420 fl. constans Vicariale salarium, ad propriam tamen solum supranominati Vicarii personam, ad summam 2100 fl. adauctum sit. — (Decr. Exc. H. R. Cult. Minist. Nr. 3058. 1872.)

Non abs re erit, memoriae gratia, adjicere adhuc isthic: Vicarium J. Fásztelyi, annis 1869—1872. munere Ablegati in Comitiis Regni e Cottu Maramaros. functum esse, ac simul qua Deputatum Dioeceseos, eccles.-authonomico etiam Congressui a 1870. interfuisse; tum primum

	Ab anno	Ad annum
eum in Vicariis Maramarosensibus fuisse, qui dignitate Abbatis, ad quam 1871. evectus est, haud exiguum ipsi quoque, quem obtinebat Vicariatui, decorem adsciverit; — quod vero summum demum tum honoris, tum gloriae pluries fato Vicariatui conciliat, est: quod Vicarius, de quo agimus, Clementissimis suae Caes. et Regio-Apostolicae Majestatis Gratiis a. 1874. die 25-a Novbris in solium Eppatus Munkacsensis exaltatus, suprema nunc universae Dioecesi potestate praesit, factoque a. 1875. Maji 9-a*) faustissimis sub auspiciis, initio, feliciter nunc eam gubernare pergat; qui Idem, Ipse nuper adhuc Vicarius, Successorem sibi gratiose elegit:	1869	1874
15. Alexandrum Fankovics, Vicarium Epp. Mar. modernum.	1875	

J. M.

[1]) Sufficiat producere isthic fassionem unius 1-i testis: Reverendi Thomae g. r. uniti Parochi possessionis Bocskó (annorum 67), quam utpote potior pars reliquorum etiam testium suam esse declaravit.

Testis hic ad puritatem sacerdotalis conscientiae fatetur:

Ad 1-um: se a majoribus audivisse, de Basilio Taraszovics Eppo Munkácsensi: quod jurisdictionem Eppalem plenariam in Maramarus habuisset; deinde quod Eppus Joannicius (Zékány) Munkacsensis ante tempora Josephi Sztojka in Maramarus Eppi, jurisdictionem Eppalem exercuisset, fatentemque in Diaconatus Sacrum Ordinem promovisset, plurimos alios sacris ordinibus in Maramarus initiasset, quod etiam Methodius pariter Eppus Munkácsensis in Maramarus per aliquod tempus jurisdictionem Eppalem exercuisset.

*) Dies Installationis Illmi Eppi J. P.

Ad 2-um fatetur: quod Eppus Maramarosensis Josephus Sztojka per collationem Michaelis Apafy acatholici condam Principis Transylvaniae sit declaratus Eppus in Maramarus, et consecratus a Metropolitano Szoczavaensi Schismatico et per annos circiter 20 supra clerum et populum g. r. jurisdictionem Eppalem exercuerit, et absolutus Eppus fuerit, absque ulla dependentia ab Athanasio pro tunc Eppo Transylvaniae; hoc etiam asserit: „quod nullam jurisdictionem Eppalem in Maramarus praefatus Eppus Transylvaniae Athanasius tempore memorati Eppi Sztojka habuerit. Id etiam addit: quod Eppus J Sztojka nullatenus unionem cum S. Romana Ecclesia acceptare voluerit.

Ad 3-um fatetur, et asserit: unionem cum S. Romana Ecclesia nec tempore Josephi Sztojka Eppi ut supra, neque post, ullum alium in Maramarus induxisse, usque dum Munkácsensis Eppus Dnus Joseph. Hodermárszky cura et sollicitudine Pastorali Excel. D. Comitis Gabrielis Antonii Erdődy Eppi Agriensis, qua Dioecesani Gratiosissimi, — medio sui fratris Procopii, in Maramarus missi, ad unionem clerum et populum Maramarusensem induxisset . . . .

Ad 4-um scit: quod non vacante Eppatu, sed Maramarusensi Eppo Dosotheo in Moldavia a Metropolitano Schismatico consecrato, jurisdictionem Eppalem exercente Illmus et Rssimus Dnus Georgius Gennadius Bizanczy Eppus Munkacsensis vigore Decreti a Sacratissima Caes. Reg Majestate benignissime emanati, I. Cottum Maramarosensem intraverit, praefatum Dosotheum a jurisdictione Eppali prohibuerit, jurisdictionemque Eppalem antiquo jure habitam occupaverit.

[2]) Puncta haec sunt sequentia:

Primo: Scitne testis, aut audiverit, ante Josephi Sztojka Eppi Maramarusensium tempora Eppos Munkacsenses in I. Cottu Maramarusensi jurisdictionem Eppalem habuisse et exercuisse, qui illi fuerint de nomine et quot?

Secundo: Scitne testis, aut audiverit, quod Munkacsini piae memoriae Josepho de Camillis Episcopatum tenente, et in Transylvania Athanasio Praesulea dignitate gaudente, ambobus, cum S. Romana Ecclesia

unitis, Josephus Sztojka, eo quod Maramarosenses unionem cum S. Romana Ecclesia acceptare pro tunc abnuerint, penes collationem Michaelis Apafy acatholici condam Principis Transylvaniae sit Eppus in Maramarus absolutus declaratus, et a Metropolitano Schismatico Szocsavaensi absque ulla dependentia ab Eppo pro tunc Transylvaniae Athanasio, per annos plures Eppatum in Maramarus tenuerit et administraverit, et an pro tunc Athanasius Eppus Transylvaniae jurisdictionem in Máramarus habuerit nec ne?

Tertio: Scitne testis, quod unio cum S. Romana Ecclesia cura et sollicitudine Praesulea Excell. D. Comitis Gabr. Antonii Erdődy Eppi Agriensis, Dioecesani nostri gratiosissimi, per Munkacsen·em Ep. Rssimum D. Josephum Hodermarszky et non per Athanasium Eppum Transylvaniae sit introducta et propagata in Maramarus?

Quarto: Scitne testis: quod non vacante sede, sed Eppo Dosotheo, in Moldavia a Schismatico Metropolitano in Eppum ordinato, absque ulla collatione Suae Majestatis Sacratissimae Caes. Regiaeque, jurisdictionem Eppalem plenariam in Maramarus exercente, Illustrissimus et Rssimus D. Georgius G. Bizanczy Eppus Munkácsensis cum Decreto Sacratissimae C. R. Majestatis Dom. nostri Clementissimi I. Cottum Máramarus intraverit, vigore cujus Decreti benignissimi, a jurisdictione Eppali praefatus Dosotheus Eppus prohibitus sit et praeattactus D. Eppus jurisdictionem Eppalem in Maramarus plenariam capessiverit, in cujus actuali possessione esset?

Consistorium sub-alternum Vicariatus Foranei Máramarosensis.

Praeses:

Rssimus D ALEXANDER FANKOVICS Vicarius Ep. et A.-Diaconus Maramarosensis, Par. M.-Szigethensis.

Assessores:

A. R D. Petrus Medveczky, Par. Dombóensis.

A. R. D. Joannes sen. Zloczky, Paroch Akna-Rahóensis.
A. R. D. Dionysius Gorzó, Par. Kökényesensis.
A. R. D. Michael Suba, Par. Bustyaházaensis.
A. R. D. Joannes Rákovszky, Par. Izaensis.
A. R. D. Joannes Romanecz, Par. Felső-Kőrösmezőensis.
A. R. D. Joannes jun. Zloczky, Par. N.-Bocskóensis.
A. R. D. Joannes Andruchovics, Par. Trebusaensis.
A. R. D. Basilius Egresy, Par. Bereznaensis.
A. R. D. Michael Tabakovics, Par. Irholcz. una Matr. Def.
A. R. D. Joannes Holovács, Par. Talaborfalvaensis.
A. R. D. Andreas Demjanovics, Par. Dolhaensis.
A. R. D. Antonius Szabad, Par. Hidegpatakensis.
A. R. D. Michael Melles, Par. Taraczközensis.
A. R. D. Joannes Brana, Par. Bogdánensis.
A. R. D. Andreas Lipeczky, Par. Száldobosensis

Fiscus Cleri et Ecclesiarum.

Vacat.

Matrimonii Defensor.

A. R. D. Michael Tabakovics, ut supra.

Notarius Consistorii.

A. R. D. Michael Melles, ut supra.

Cursor: Vacat.

I. DISTRICTUS DOLHAENSIS.

Nomen sortitus a gremiali oppido Dolha.

Vice-Archi-Diaconus

A. R. D. ANDREAS DEMJANOVICS, Parochus Dolhaensis, subalterni consistorii Vicarialis Maramaros Assessor, ac Districtus sui Schol. Nationalium Inspector.

Notarius Districtualis.

R. D. CORNELIUS ZOMBORY, Administr. Kereczkensis.

PAROCHIAE:

1. **Bereznik**, pag. dist. Ungvár 8 mill. Par. ant. Eccl. mur. ad Asscens. Dom. N. J. Chr. Dom. Par. mur. Lib. Coll. Epp. Lingva Ruth. Matr. hab. ab a. 1823. Suppl. congr. par. comp. 254 fl. 8 kr. perc. in Off. Trib. Huszt. Ult. posta Dolha.

Parochus: A. R. D. Josephus Szoták. Confessar. Distr. nat. 1828. ordinatus 1854.

Cantor una Docens: Georgius Zavagyák. Prol. Sch. 158.

	Animae						Dist.a Matre Hor.
	Gr. C. R. C.		Gr. U. R.	H. C.	A. C.	Hebr	
In Matre	1170	7	—	4	1	52	
Summa	1170	7	—	4	1	52	

2. **Dolha** (Dovhoje) opp. dist. Ungv. 10 mill. Par. ant. Eccl. mur. ad Assumpt. B. M. Virg. Dom. Par. mur. Lib. Coll. Epp. Ling. Ruth. Matr. hab. ab a. 1801. Exstat hic. Malleatura ferri. Suppl. congr. par.

comp. 110 fl. 95 kr. perc. in Offo. Trib. Huszth. Posta in Loco. Est hic Synagoga Hebraeorum.

Parochus: A. R. D. Andreas Demjanovics V. A. D. Districtualis, natus 1836. ordinatus 1860.

Cantor: Joannes Hadzsega sen.

Docens: interim Georgius Vladimir Pr. Sch. 218.

	Animae						Dist. a Matre Hor.
	Gr. C.	R. C.	Gr. n. u.	H. C.	A. C.	Hebr.	
In Matre	1382	384	—	24	14	64	
In Filialibus							
Bronyka, cum Eccl. mur. ad Asc. Dom.	451	—	—	—	—	35	1
Cantor una Docens: Demetrius Prodán, Prol. Sch. 41.							
Szucha	457	—	—	—	—	16	2
Doc: Basilius Könnyü, Prol. Schol. 45.							
Szittyavölgy (Szküttya)	7	10	—	—	—	—	3
Summa	2297	394	—	24	14	115	

3. **Kereczke** (Kereczki) pag. dist. Ungvár 8½ mill. Par. ant. Eccl. mur. ad S. Nicol. Eppum. Dom. Par. nova mur. Lib Coll. Epp. Lingva Ruth. Matric. hab. ab a 1791. Suppl. congr. par. comp. 233fl. 27½ kr. perc. in off. Trib. Huszth. Ult. posta Dolha.

Administrator R. D. Kornelius Zombory Not. Districtualis, nat. 1838. ord. 1864.

Cantor una Docens: Alexander Bárány. Prol. Schol. 114.

In Matre	1556	—	—	—	—	57	
In Filiali Csónok Allod.	4	8	—	—	2	—	½
Summa	1560	8	—	—	2	57	

4. **Keselymezö** (Keselyovo) pag. dist. Ungv. 10¾ mill Par. ant. Eccl. mur. ad Protection B. V. M. Dom. Par. lig. Lib. Coll. Epp. Lingva Ruth. Matric. hab. ab

a. 1790. Suppl. congr. par. comp. 85 fl. 45 kr. perc. in off. Trib. Huszthensi. Ult. Posta Huszth.

Administrator: R. D. Stephanus Homicskó, natus 1842. ordinatus 1866.

Cantor una Docens: Basilius Tegze. Pr. Sch. 98.

	Animae						Dist. a Matre Hor.
	Gr. C.	R. C.	Gr. R. U.	H. C.	A. C.	Hebr.	
In Matre	1380	10	—	4	—	315	
Summa	1380	10	—	4	—	315	

5. **Kusnicza** pag. Dist. Ungv. 8½ mill. Par. ant. Eccl mur. ad Nativit. B. M. V. Dom. Par. mur. Lib. Coll. Epp. Ling. Ruth. Matr. hab. ab anno 1820. Suppl. congr. par. comp. 161 fl. perc. in off Trib. Huszth. Ult. posta Dolha Est hic Synagoga Hebraeorum.

Parochus: A. R. D. Michael Musztyanovics, nat. 1813. ordin. 1836.

Cooperator R. Gabriel Musztyanovics, nat. 1847. ord. 1872.

Cantor una Docens: Michael Mitrovics. Pr. Sch. 86.

In Matre	986	7	—	—	—	115	
In Filialibus							
Rókamező (Liszicsovo) cum Eccl. mur. ad S. Mich. Arch. et malleatura ferri	960	80	—	27	20	30	1
Cantor una Docens: Basilius Pavuk. Prol. Sch. 96.							
Krivapatak (Krivy) Fabr. Ciner.	7	—	—	—	—	—	1
Peregyilya (Run. arborum)	—	—	—	—	—	—	2
Summa	1953	87	—	27	20	145	

6. **Lipese** (Lipsa) Pag. dist. Ungv. 10¾ mill. Par. ant. Eccl. mur. Anno 1872. consecrata. Dom. Par. mur. Lib. coll. Epp. Lingva Ruth. Matr. hab. ab an.

1807. Suppl. congr. par. comp. 183 fl. 43 kr. percipit in Off. Trib. Huszthensi. Ult. posta Huszth.

Administrator R. D. Petrus Dolinay, nat. 1833. ord. 1858.

Cantor una Docens: Demetr. Sztankanineez. Pr. Sch. 140.

	Animae							Dist. a Matre Hor.
	Gr	C.	R.	C.	Gr. R. U.	H.	C. A. C.	Hebr
In Matre	1644	5	—	—	—	—	—	209
Summa	1644	5	—	—	—	—	—	209

7. **Polyána-Lipcse** (Lipeczka-Polyána) Pag. dist. Ungv. 11 mill. Par. Ant. Eccl. mur. ad SS AA. Petrum et Paulum. Dom. Par mur. Lib. Coll Epp. Lingua Ruth. Matr. habet ab anno 1819. Suppl. congr. par. comp. 237 fl. 94¼ kr. perc. in Off. Trib. Huszthensi. Ult. posta Dolha.

Administrator R. D Cornelius Gribovszky. Examin. Theol. nat. 1840. ord. 1865.

Cantor una Docens: vacat.

In Matre	1041	—	—	—	—	—	—	120
Summa	1041	—	—	—	—	—	—	120

8. **Zàdnya**. (Zadnyoje) pag. dist. Ungvár. 9 mill. Par. ant. Eccl. mur. ad Protectionem B. M. V. Dom. Par. mur. Lib. Coll. Epp Lingva Ruth. Matr. habet ab a. 1821. Suppl. congr. par. comp. 186 fl. 55 kr. perc. in off. Trib. Huszthensi. Ult. posta Dolha.

Parochus A. R. D. Georg. Gribovszky, nat. 1825. ord. 1850.

Cantor una Docens: Alexander Zékány. Pr. Schol. 99.

In Matre	1199	1	—	—	—	—	—	123
Summa	1199	1	—	—	—	—	—	123

In hoc Districtu reperiuntur.

Parochi	4
Administratores	4
Cooperator	1
Ecclesiae in Matribus	8
„ in Filialibus	2
Animae Gr. Cath.	12244
„ Rom. Cath.	512
„ Gr. n. un.	—
„ Helv. Conf.	55
„ Aug. Conf.	37
„ Hebreae	1136
Proles Scholares	1195

II. DISTRICTUS DOMBÓENSIS.

Nomen habet ab ingremiata sibi parochia Dombó, recenter jus oppidi nacta.

V. A. D. Ordinarius:

A. R. D. PETRUS MEDVECZKY, Par. et V. A. D. Dombóensis, una SS. Cons. Assessor.

V. A. D. Surrogatus:

A. R. D. MICHAEL MELLES, paroch Taraczközensis, SS. Cons. Assessor, una Distr. sui Schol. Nat. Inspector.

Notarius Districtualis:

vacat.

PAROCHIAE:

1. **Brusztura**, pag. dist. Ungvár 20 mill. Par. ant. Eccl. lig. ad S. Mich Arch. Dom. Par. mur. Patr.

Excelsa R. Camera. Lingva Ruth. Matr. hab. ab a. 1788. congr. habet 77 fl. 87 kr. perc. e cassa R. Camerae Királymezőensi. Ult. posta Királymező.

Administrator: interim R. D. Victor Bacsinszky, nat. 1847. ord. 1875.

Cantor una Docens: Nicolaus Szlacsko. Pr. Sch. 115.

	Animae						Dist. a Matre Hor.
	Gr. C.	R. C.	Gr. R. U.	H. C.	A. C.	Hebr.	
In Matre	1040	30	—	—	—	60	
Summa	1040	30	—	—	—	60	

2. **Dombó** (Dubovoje) neo-const. opp. dist. Ungvár 17 mill. Par. ant. Eccl. mur ad S. Mich. Arch. Dom Par. mur. Patr. Exc. R. Cam. Lingva Ruth. Matr. hab. ab a. 1793. congr. hab. 52 fl. 50 kr. perc. e cassa R. Cam. Királymezőensi. Ult. posta in Loco

Parochus idem qui V. A. D. ord. nat. 1804. ord. 1831.

Capellanus: R. Nicolaus Csiszárik Ord. S. B. M. presb. nat 1838. ord. 1864.

Cantor: Joannes Czipinyo.

Docens: vacat; int. idem qui capellanus Pr. Sch. 85.

In Matre	1890	35	—	—	—	271	
